

En testimonio de verdad. Cristoval Mançano, Notario, Secretario.

AVIENDOSE presentado este Breve en el Consejo Real de las Indias, con el obe-

decimiento referido: i visto los Autos de la Audiencia, e Informes que se avian remitido de Mexico, se mando cumplir, i executar con la Cedula siguiente.

CEDVLA TERCERA.

EL REY. Presidente, i Oidores de mi Audiencia Real de la Ciudad de Mexico de la Nueva España. Por Parte del Promotor Fiscal del Obispado de la Puebla de los Angeles, se me ha hecho Relacion, que la Santidad de Inocencio X. confirmo à la letra el Breve de catorze de Mayo de mil i seiscientos i quarenta i ocho. I el Padre Julian de Pedraça, como Procurador que es de la Compania de Iesvs de la Provincia de esta Nueva España, le ha obedecido: i asimismo el Padre Francisco de Montemayor, Provincial desta Provincia, por lo que puede tocarle, como consta por el mismo Obedecimiento, que hizieron en esta Villa de Madrid en veinte de Mayo deste presente Año, así ellos, como el dicho Obispo de la Puebla de los Angeles, ante Cristoval Mançano, Notario Publico Apostolico, i Secretario del Tribunal de Justicia del Muy Reverendo en Cristo Padre Arçobispo de Rodas, Nuncio de su Santidad en estos Reynos de España, que està presto en el dicho Breve original que presenta. Atento lo qual, me ha suplicado tenga por bien, de que se sobrecarte el dicho Breve, insertandole en la Cedula que se despachare, dandole todos los Duplicados que fueren necesarios: i ordenando, que se cumpla, guarde, i execute: i quanto a las Absoluciones de los Excomulgados por la Jurisdiccion Ordinaria, se reserve à lo que su Santidad determinare. Con lo qual quedara esta Diferencia concluida, i asentada, i Reglas fijas, i constantes para todo lo que se padiere ofrecer en semejantes Casos, en lo de

adelante, ordenando, que así se execute, i cumpla. I aviendose visto por los de el mi Consejo Real de las Indias el dicho Breve original, i tres Copias impresas del, en diez hojas cada una, legalizado de Juan de Cabreio, Notario Apostolico, en esta Villa de Madrid, à veinte i quatro de Abril pasado deste presente Año. Fue acordado por los del dicho mi Consejo de las Indias, en diez i nueve deste presente Mes de Junio, que se le diese Testimonio de la presentacion, i paso deste Breve, i se despachase Cedula para su cumplimiento: i así se puso Certificacion en el de lo referido. I porque mi voluntad, es, que se execute, os mando, veais el dicho Breve, de que aqui va hecha mencion, i guardéis, cumplais, i executéis, segun, i como en el se contiene, i declara, sin que contra su tenor, i forma se vaya en manera alguna, que así conviene al servicio de Dios, i mio, i al sosiego, i conclusion de las Diferencias que sobre esto ha avido. Fecha en Madrid, à treinta de Junio de mil i seiscientos i cinquenta i tres Años. YO EL REY. Por mandado del Rey nuestro Señor. Gregorio de Leguia.


ENTRETANTO que esto se obraba en España (de lo qual no se debia de tener noticia en Roma) se pidió tercera Audiencia por el Procurador de los Religiosos de la Compania, sobre el punto de los Conservadores (ya dos vezes resuelto en los dos Breves antecedentes) i aviendo se oydo à las partes, se confirmaron à la letra los dos primeros Breves, i Decretos, i se declaró, que no hubo lugar de nombrar

Conc.

Conservadores, i se inpuso silencio perpetuo, como parece por el Num. 40 del Breve.

Decretado esto por la Sacra Congregacion, se pidió por la Jurisdiccion Episcopal, que su Santidad tuviese por bien, que se redujese à Breve to lo lo determinado. I aviendolo concedido, se despachò el referido del Año de mil i seiscientos i cinquenta i tres. I para concluir este punto, idar fin à una Controversia tan grave, se pidió por parte de la Jurisdiccion Episcopal de la Puebla de los Angeles, que su Santidad ordenase, que se notificase el dicho Breve al Reverendissimo

Padre Casuino Niehiel, General de la Compania de Iesvs, i à sus Asistentes, i Procuradores, para que lo obedeciesen; por que de esta manera, la influencia de su obediencia, como de Cabeça à sus Miembros, dimanase à todo el Cuerpo de su Santa Religion. I el dicho Reverendissimo Padre, con los demas Notificados, lo obedecieron, con la obediencia, i subordinacion debida à la Silla Apostolica, i como lo acostumbra una Religio tan Docta, Perfecta, i Ejemplar. Este ha sido el ultimo fin que han tenido estas Diferencias.



BREVE

B R E V E
SANCTISSIMI
 D. N. INNOCENTII X.
 CONTINENS

NONNULLAS RESOLUTIONES IN CAUSA
 ILLUSTRISSIMI, ET REVERENDISSIMI
 D. EPISCOPI ANGELOPOLITANI.

E T

RR. PP. SOCIETATIS IESU PROVINCIAE
 Mexicanae in quatuor Congregationibus habitis,
 obtentas,

NEC NON

INTIMATIONEM EIVSDEM REVERENDISS.
 Generali Iesuitarum, una cum Responione pro illius
 observatione.

In Nomine Domini. Amen.



PRESENTI publico Instrumēto cunctis ubique pateat evidenter, & sit notū quod Anno à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio, Indictione sexta, Die verò vigesima tertia Mensis Augusti, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Innocentij Divina Providētia Papa Decimi, Anno eius nono, Pro Illustrissimo, & Reverendissimo D. D. Ioanne de Palafox & Mendoza, Episcopo Angelopolitano in Indijs Occidentalibus, Contra Reverendissi-

mum Patrem Casuvinum Nichiel, Praepositum Generalem, necnon Adm. R. P. Pyrrum Gherardum, Procuratorem Generalem Societatis Iesu, & alios Clericos Regulares eiusdem Societatis in dicta Angelopolitana Dioecesi commorantes, & eorum quemlibet, tam contumacem, quam divisim, & alias omni, &c. In Officio Ioannes Radica Sanctissimi D. N. Papae Curator, & retulit in scriptis se die decimasexta huius intimasse, & exequutum fuisse personaliter Monitorium in Actis expeditum super partitione, executione, & observantia plurium Litterarum Apostolicarum in eo praesertim tradita Copia collationata dicto Reverendissimo Patri

Resol-
 tiones
 obtentas
 & 16
 Aprilis
 Anno
 1648.

Patri Generali, & Procuratori Generali, prout in dicto Monitorio originali, quod factū reproduxit generali, prout in octo folijs, quae factū dedit tenoris sequētis, videlicet. INNOCENTIVS Papa Decimus. Ad futuram rei Memoriam. Alias à Nobis emanarunt Litterae in simili forma Brevis tenoris sequētis, videlicet. INNOCENTIVS Papa Decimus. Ad futuram rei Memoriam. Cum sicut accepimus aliqua fuerint ortae Differentiae inter Ven. Fratrem Ioannem Episcopum Angelopolitanum, sive Populi Sanctorum Angelorum in Indijs Occidentalibus ex una, & dilectos Filios Clericos Regulares Societatis Iesu partibus ex altera de, & super in re praedicationis Verbi Dei, tam in proprijs eorundem Clericorum Regularum petita solum Episcopi Benedictione, quam in alienis Ecclesijs petita, & obtenta ab eodem Episcopo Dioecetano Licentia exercendi, necnon super Confessionibus Laicorum audiendis praevio examine, sive Approbatione eiusdem Episcopi Dioecetani, quae dicti Clerici Regulares in vim Privilegiorum praedictae Societati Apostolica Auctoritate concessorum, sibi proprio iure, licere praetendebant, & desuper in partibus fuerit eventum ad plures actus iudiciales, & pro Parte Clericorum Regularium huiusmodi ad electionem Conservatorum Privilegiorum huiusmodi: Nobisque tam dicti Ioannis Episcopi, quam eorundem Clericorum Regularium nomine pro sopiendis Differentijs huiusmodi, quaedam dubia Decisionem Differentiarum praedictarum, necnon Iurisdictionem Ordinationum in exemptos, & ipsorum Clericorum Regularium exemptionem à Iurisdictione Ordinarij concernentia fuerint proposita, ad quae ambae Partes responderi, & quid desuper observandum sit Auctoritate Nostra Apostolica statui, & stabili desiderabant: Nos, qui omnium Fidelium, & praesertim Ecclesiasticorum quieti libenter incumbimus Differentias praedictas, totumque negotium Particulari Congregationi aliquorum Vener. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum Filiorum Ro-

mana Curiae Praelatorum examinan. commissimus, qui auditis saepius Procuratoribus praedicti Ioannis Episcopi, necnon Procuratore Generali Societatis, praedictae negotio mature discussio omnibus dubijs, & petitionibus hinc inde propositis responderunt prout sequitur, videlicet. Sacra Congregatio à Sanctissimo Domino Nostro deputata super Controversijs verentibus inter Episcopum Angelorum, in Indijs Occidentalibus, & Religiosos Societatis IESU, saepius auditis Procuratoribus ab eodem Episcopo ad Urbem allegatis, necnon ipsius Societatis Procuratore Generali, negotio; accurate discussio censuit praedictos Religiosos nequam posse in civitate, & Dioecesi Angelopolitana personarum sacrarum confessiones audire sine approbatione Episcopi Dioecetani, nec Verbum Dei praedicare in Ecclesijs sui ordinis, non petita ipsius Benedictione, nec in alijs Ecclesijs sine eius Licentia, nec in Ecclesijs etiam sui ordinis ipso contradicente, & contraveniente ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicae Delegato coerceri, & puniri posse etiam Censuris Ecclesiasticis in vim Constitutionis San. Mem. Gregorij XV. quae incipit: *Inscrutabili Dei Providentia*; Ac proinde memoratis Religiosis, qui huiusmodi Approbationem, ac Licentiam se obtinuisse non docuerint, potuisse Episcopum, seu eius Generalem Vicarium praecipere sub poena excommunicationis lae sententiae, ut à Confessionibus audiendis, & Verbi Dei praedicatione abstinere, nec ob eam causam licuisse dictis Religiosis quasi à manifestis iniurijs, & violentijs eligere Conservatores, eo quod prae dicitur electis in Episcopum, eiusque Vicarium Generalem indebitè, ac nulliter excommunicationem subministrasse. Ceterum Sacra Congregatio serio in Domino hortatur, ac monet Episcopum, ut Christianae mansuetudinis memor erga Societatem Iesu, quae laudabili suo Instituto in Ecclesia Dei tam fructuose laboravit, ac sine intermissione laborat paterno se gerat affectu, eamque in regimine Ecclesiae suae per utilem adiutorem agnoscent benignè fovet, ac pristinae suae

benevolentia restituit quemadmodum S. Congregatio ipsum facturum confidit, sibi que certo pollicetur, cum eius zelum, pietatem, ac pastoralem sollicitudinem compertam habeat. Datum Romae die xvj. Aprilis, anno 1648. & praemissorum occasione pro parte praedicti Ioannis Episcopi, necnon Religiosorum Societatis Iesu in eadem Congregatione proposita fuerunt diversa dubia de mandato Sanctissimi resolvenda quae quidem Sac. Congregatio sapientius auditis, ut in praemissis ab eodem Episcopo ad Urbem missis, necnon Procuratore Generali ipsius Societatis, negotioque mature perpenso, ad singula dubia ab utraque parte proposita, respondit, ordine quo sequitur. Primo, An in casu quo Episcopus praecipiat decreta aliqua Concilij Tridentini a Regularibus observari, & executioni demandari Regularibus quicumque etiam Societatis Iesu sub pretextu, quod huiusmodi Praecepta infringant sua privilegia possint eligere Conservatores? Congregatio respondit, si Episcopus praecipiat Regularibus etiam Societatis Iesu, ut decreta aliqua Concilij Tridentini observent, ac exequantur in illis casibus, in quibus per ipsum Concilium, vel Constitutiones Apostolicas Regulares exempti subijciuntur iurisdictioni, & correctioni Episcopi, minime licere ipsis Regularibus ob eam causam Conservatores eligere. II. An quando Ordinarius procedit iuris ordine servato adversus Regulares praedictos, in casibus, in quibus per Concilium Tridentinum, vel Constitutiones Apostolicas ipsi subijciuntur, possint Conservatores Iudices assignare? Respondit, ut ad proximum non posse. III. An Regularibus etiam Societatis Iesu afferentibus se habere privilegia, quo minus obediant Episcopo in executione decretorum iuris communis Concilij Tridentini, & constitutionum Apostolicarum, Ordinarij debeant ipsis adhibere fidem, absque exhibitione huiusmodi privilegiorum? Respondit, Ordinarios non teneri huiusmodi assertioni fidem adhibere, absque integrali privilegiorum exhibitione. IV. An in casu quo Regulares quicumque etiam Societatis Iesu exhibeant aliqua privilegia, & Ordinarij iudicent

ea non suffragari casui, de quo agitur, & ad rem non facere Regulares praedicti possint, & debeant provocari ad Summum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotissimis ad Metropolitanam, sive ordinariam viciniorum, vel potius possint hoc casu eligere Iudices Conservatores? Respondit, si verba privilegiorum sint obscura, & ambigua, non licere recurrere ad Metropolitanam, vel viciniorum Episcopum, nec Conservatores eligere, sed Summum Pontificem pro interpretatione esse adendum. V. Utrum Constat. r. i. fel. rec. Gregorij XV. circa Conservatores Regularium publicata anno 1621. cum declarationibus Eminentissimorum Sacra Congregationis Concilij Tridentini interpretum desuper editis, & comprehendat Religiosos Societatis Iesu, ac reliquos Regulares, ita ut omnia alia praedicta Societatis privilegia fuerint redacta ad terminos dictae Constitutionis, & sic in posterum debeant ab his eligi Conservatores, iuxta formam, & tenorem praedictae Constitutionis? Respondit, huiusmodi Constitutionem cum declarationibus, ut praefertur editis, & quae afficere Religiosos Societatis Iesu, atque aliorum Ordinum, & Conservatores ad illius praescriptum esse eligendos, non obstantibus quibusvis Privilegijs, quippe quae omnia sunt redacta ad terminos ipsius Constitutionis VI. An Regulares praedicti gravati aere alieno, vel ad ratiocinia, vel testamentorum executiones, possint conveniri coram Ordinario, si Conservatores non nominaverint intra tempus habile ab Ordinario praescriptum? Respondit, Regulares in casibus praefatis coram Ordinario loci esse conveniendos, si ad praescriptum Constitutionis San. Mem. Gregorij XV. Conservatores non elegerint. Ipsiusque electionis documentum intra praefinitum tempus in actis Curiae ipsius Ordinarij non exhibuerint, ac demiserint. VII. An dicit Regulares Conservatores, sive ad iura, sive ad Privilegia tuenda assumptis teneantur ante exercitium commissionis prestare cautionem coram Ordinario, sive alio Iudice competentis de iudicio fisci, & iudicatum solvendo, casu quo in lite, si-

ve causa succubuerint? Respondit, non teneri. VIII. An quando Episcopi intra, vel decimas Cathedralium adversus Regulares praedictos Dote sua spoliant Ecclesias coram Iudice competente tuerentur, Librosque, Memorialia, & Allegationes producunt ius Ecclesiarum Cathedralium exprimentes, & acquisitiones Religiosorum, aliaque id generis adnumerantes, huiusmodi scriptorum occasione, possint Regulares nominare Conservatores, praetendentes iniuriam, sibi inferri in referendo immoderatas acquisitiones? Respondit, si Episcopi pro tuendis iuribus Cathedralium Ecclesiarum coram Iudice competentis huiusmodi scripta producant, & Regularium immoderatas acquisitiones veraciter, & modeste referant, non licere Regularibus ob eam causam ad Conservatores recurrere. IX. Utrum Regularibus possint administrare Sacramentum Poenitentiae Saecularibus, absque Licentia Episcopi Dioecesis, etiam si in aliena Dioecesi approbatus sit? Respondit, Regulares etiam Societatis Iesu in una Dioecesi ab Episcopo approbatos ad Confessiones Personarum Saecularium audiendas, nequaquam posse in aliena Dioecesi huiusmodi Confessiones audire, sine Approbatione Episcopi Dioecesis. X. An Episcopus contra dictos Regulares audientes in sua Dioecesi Confessiones Saecularium, absque sua Approbatione, vel Condonatione, absque Licentia Episcopi intra, & extra proprias Ecclesias possit procedere eos a sacris Ministerijs removendo, sive Praeceptis, & aliis iuris remedijs coercendo? Respondit, Eisdem Regularibus, qui Confessiones Personarum Saecularium audiunt sine Approbatione Episcopi loci, vel praedicant in Ecclesijs sui Ordinis, non petita illis Benedictione, aut in alijs Ecclesijs absque ipsius Licentia, vel in Ecclesijs etiam sui Ordinis, ipso contradicente, posse Episcopum in vim Constitutionis fel. rec. Gregorij XV. quae incipit, Insuperabili Dei Providentia, tanquam Sedis Apostolicae Delegatum administrationem Sa-

cramenti poenitentiae, ac munus praedicationis interdiceret, eosque iuris remedijs coerceret, & punire. XI. An quando Episcopo constat dictas licentias obtentas non fuisse, ipse possit praecipere, ut donec licentiam intra praescriptum tempus exhibeant, a tali ministerio abstant, & An requirendus sit per Episcopum pro his exhibendis Provincialis in alia Dioecesi, vel longissime existens, vel ipsi Regulares Confessarij, vel eorum Superiores eiusdem Dioecesis, in qua praedicta exercent? Respondit, posse Episcopum sic praecipere, nec pro huiusmodi licentijs requirendum esse Provinciale, sed satis esse ipsos Religiosos requirere aut eorum Superiores in Dioecesi Episcopi existentes. XII. An si contingat, ut aliqui praedictorum Regularium insurgant contra Episcopum in propria Dioecesi, male dictis cum scripto, vel dicto Populum scandalizando, possit ab Episcopo puniri, & qua animadversione, & quid, si huiusmodi deliquens transierit ad aliam Dioecesim, hoc casu servandum sit? & quae poena puniendus sit Regularis, qui commorans in una Dioecesi spargat famosos libellos contra Ordinarium alterius Dioecesis? Respondit, si Regularis intra Claustro de gens extra ea in casibus in dubio expressis ita notorie deliquerit, ut Populo scandalo sit, Episcopo instante teneri superiorem iustitiam supra tempus ab Episcopo praefigendum severe illum punire, ac de punitione Episcopum certiore facere, alioquin sic delinquentem ab Episcopo puniri posse ad praescriptum Concilij Tridentini cap. 14. Sess. 23. de Regular. quod si delinquens ad aliam Dioecesim migraverit, servandum esse quod praecipitur in Constitutione Sancti Mem. Clemens Octavi in capite sed suscepti muneris ratio. XIII. An Conservatores nominati, & electi a Regularibus praedictis ante exercitium suae iurisdictionis teneantur electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario sub poena nullitatis actuum? Respondit, Utique teneri. XIV. An Privilegia, quae sunt contra iurisdictionem Ordinarij, & quibus gaudent, & gaudente praetendant Regulares praedicti de-

debeant Episcopis notificari, siue insinuari? Respondit: Regulares teneri huiusmodi Privilegia Episcopo exhibere, si eis uti voluerint. XV. An prædia rustica, Metallo- rum Fodina Saccari, Opificina à Regularibus Societatis, vel alijs possessa, vel alia Domus Seculares, in quibus, videlicet unus, vel duo Regulares tantum commorantur, gaudeant Privilegio Collegiorum, seu Conventuum? Respondit: Non gaudere. XVI. Vtrum Regulares prædicti Apothecas quancumque mercium, macella, & similia præsertim propè Collegia, siue Conventus exercentes, possint ab Ordinario sub Censuris inhiberi, ne huiusmodi exerceant? Respondit: Non posse Episcopum hoc prohibere Regularibus exemptis, sed si in præmissis ita notorie delinquant extra Claustra, ut Populo scandalo sint, servandum esse, quod dictum est supra in responsione ad duodecimum. XVII. Vtrum Regulares, etiam Patres Iesuite in suis Prædijs, Opificinis, alijsque suis Domibus Sæcularibus sitis intra limites Parrochialium ad se non spectantium, possint administrare Sacramentum Baptismatis, solemnem Matrimonij, Extremæ Vnctionis, & Eucharistie in Festo Paschæ Familis, Mercenarijs, Rusticis, siue alijs id genus Hominiibus Sæcularibus absque Ordinarij, vel Parrochi Licentia? Respondit: Non posse. XVIII. Vtrum Patres Societatis in Civitate, & Diocesi Anglorum possint consecrare Vasa Sacra, Altaria, & similia, in quibus Vnctio requiritur? Respondit: Idem, non posse. Pro Parte verò Religiosorum Societatis Iesu proposita fuerunt infrascripta dubia. Primo. An Episcopi in Partibus Indiarum possint ex integro totum unum Monasterium, vel Collegium ab audendis Confessionibus suspendere? Respondit: Episcopos Indiarum posse quidem omnibus simul unius Monasterij, vel Collegij Confessionibus admovere facultatem audiendi Confessiones Personarum, etiam in consulta Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularium negotijs præposita, cum Decretum ab ea, editum sub die 20. Novembris 1675. ex intentionis

defectu, & consentientia moralis, non extendatur ad Regiones illas tam longè ab Vrbe distitas. Verum ab hac generali suspensione, quæ vix sine scandalo, & animarum perniciè contingere potest, abstinendum esse Episcopis, nisi gravissima subsistente causa, super quo Sac. Congregatio illorum conscientias graviter voluit esse oneratas. Secundo. An Episcopus Regularium pro confessionibus semel approbaturum sine nova causa suspendere possit ab ipsis confessionibus audiendis? Respondit: Regulares alias liberè ab Episcopo pravo examine approbatos ad audiendas confessiones Personarum Sæcularium ab eodem Episcopo suspendi non posse sine nova causa, eaque ad confessiones ipsas pertinente. Tertio. An Bulla Pij V. 34. in ordine, to. 2. Bullarij concessa instante, & supplicante Serenissimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium sit revocata in Bullis Summorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur? Respondit: Agendum cum Sanctissimo, an velit declarare Bullam non esse revocam, illam tamen non suffragari, nisi in locis, ubi est defectus Parochorum. Quarto. An Episcopus possit cum Censuris procedere contra Regulares exemptos, si inobedientes fuerint in confessionibus audiendis, vel prædicatione Verbi Dei, & hoc, an vigore Concilij Tridentini, vel per quem Canonem? Respondit: Possè procedere non quidem in vim Concilij Tridentini, sed in vim Constitutionis Gregorij XV. quæ incipit: *Inscrutabili Dei Providentia*. Quinto. An Licentia audiendi confessiones, & prædicandi ab Episcopo per Litteras missivas, an solum per Litteras parentes Cancellariæ concedi possit? Respondit: Possè concedi etiam per Litteras missivas, vel oretenus si ita Episcopo videbitur. Sexto. An talis Licentia oretenus sine scriptis concedi possit? Respondit: Ut ad proximum. Septimo. An facultas eligendi Conservatores concessa Societati à Gregorio XIII. suffragetur illis in locis, in quibus non adsunt Iudices Synodales? Respondit: Vbi non adsunt Iudices Synodales Privilegium Gregorij XIII.

non suffragari, quo ad hoc, ut Societas non teneatur ex illis eligere Conservatores, dummodò tamen in reliquis servetur forma Constitutionis Gregor. XV. hæc de re acta. Octavo. An Conservatores Societatis Vicarios Generales Episcoporum Autoritate Apostolica per Sententias, Censuras, & Poenas Ecclesiasticas compellere possint virtute Bullæ Gregorij XIII. incipien. *Equum reputamus*. Dat. ultima Februarij 1573? Respondit: Possè à manifestis iniurijs, & violentijs eos compellere etiam Censuris, & Poenis Ecclesiasticis. Datum Romæ, die 16. Aprilis 1648. Qui propter, ut præmissa firmius subsistant, & inviolabiliter observentur. Nobis pro Parte Ioannis Episcopi huiusmodi fuit humiliter supplicatum, ut illa Autoritate Apostolica confirmare de beniguitate Apostolica dignarentur. Nos igitur dicti Ioannis Episcopi votis hæc in re annuere, illumque specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eundem Ioannem Episcopum à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis Sententijs, Censuris, & Poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lætis, si quibus quomodo libet innodatus existit ad effectum presentium dimittat consequentiam ferre absolventes, & absolutum fore censentes huiusmodi applicationibus inclinari præsertim responsa, seu resolutiones auctoritate prædicta tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque Apostolica firmitatis vim, & robur adijcimus; & inviolabiliter observari mandamus, salva tamen semper in præmissis Auctoritate dictæ Congregationis, decernentes sic, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, etiam Delegatos, etiam causarum Palarij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos iudicari, ac definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam, quavis Auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in universis, Provincialibusque, & Synodalibus Concilij editis Generalibus, vel specialibus Constitu-

tionibus, & Ordinationibus, necrò Ecclesiæ Anglosittanæ, ac Societatis prædictæ, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, statutis, consuetudinibus, Privilegijs quoque Indultis, & Litteris Apostolicis eidem Ecclesiæ, & Societati, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac Decretis etiam irritantibus etiam motu proprio, ac etiam Confistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis contumque totis viribus specialibus, specificis, expressis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret illorum omnium, & singulorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad effectum præmissorum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 14. Maji 1648. Pontificatus Nostri Anno quarto. Et subinde cum Clerici Regulares Societatis prædictæ prætendentes ex pluribus capitibus præsertim Nostras Litteras non esse iustificatas, novam desuper à Nobis audientiam obtinissent. Nos negotium huiusmodi particulari Congregationi nonnullorum Vener. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Rom. Curie Prælatorum examinari, & definitè commisi-mus, qui partibus etiam in contradictorio pluries auditis, eorumque oppositionibus maturè perpensis eadem præsertim Nostras Litteras esse iustificatas, ac proinde illarum executionem nullatenus esse impediendam, & mandavimus decernerent. Nos tunc deinde Decretum huiusmodi, ac omnia, & singula in eo contenta Apostolica Auctoritate confirmavimus. Postmodum ve-

Resolu-
tio obse-
ta, die 4.
Februa-
rij, anno
1652.

SM

Resol-
tio ob-
tenta die
17. De
cembri
Anno.
1652.

ro petita etiam ab ipsis Clericis Regularibus dictæ Societatis nova Auſentia super eorum Conservatorum electione, & deputacione emanavit, eidem a Particulari Cōgregatione nonnullorum Venerab. Fratru. n. Noſtrorū eiusdem S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum Filiorum d. Rom. Curie Prælatorum à Nobis super hoc specialiter deputatorum Decretum tenoris sequentis videlicet. Proposito dubio in causa vertente inter Episcopum Angelopolitanum, & P. P. Societatis Iesu; An ex alijs causis, quam in brevi expressis fuerit locus electioni Conservatorum. Congregatio particularis nonnullorum S. R. E. Cardinalium, & Rom. Curie Prælatorum S. D. N. super hoc specialiter deputata reperito mandat, ut pareatur Brevi in eo, in quo non fuerit paritum, censuit non fuisse locum electioni talium Conservatorum, & in hac causa perpetuum silentium esse imponendū prout presenti decreto imponit. Dat. n. Romæ die 17 Decembris 1652. Cum autem sicut eiusdem Ioannis Episcopi nomine nobis nuper expositum fuit ipse decretam præinsertam, quo firmius subſtat, Apostolica nostræ confirmacionis robore communiti summo perere desideret. Nos eiusdem Ioannis Episcopi votis hac in re benignè ananere, ac illam specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicacionis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium demtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes supplicationibus eius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Decretum præinsertum, ac omnia, & singula in eo contenta Apostolica auctoritate ten presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac illa inviolabiliter observari mandamus. Decernentes sic, & non aliter in præmissis per quoscumque Inſites ordinarios, & delegatos, etiam curiarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Lateræ Lega-

tos iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Non obstant. omnibus illis, quæ in eisdem præinsertis nostris litteris volumus non obſtare, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 27. Maij 1653. Pontificatus Noſtri Anno nono.

G. Gualterius.

Loco ✱ Sigilli.

De mandato Illustriss. & Reverendiss. A. C. sive R. P. D. Baranzoni eius in Civilibus causis Locumtenentis, & ad instantiam Illustriss. & Reverendiss. D. D. Ioannis de Palafox & Mendoza, Episcopi Angelopolitani, Civitatis, sive Populi Sanctorum Angelorum in Indijs Occidentalibus.

Intimatur Reverendiss. Patri Casuvino Niehiel, Præposito Generali Societatis Iesu, omnibusque, & alijs, & singulis, etiam Clericis Regularibus, Ministris, Assistentibus, Procuratoribus, & Officialibus, eiusdem Societatis in executione presentium nominan. & cognominan. qualiter S. D. N. Innocentius Papa Decimus, suis Apostolicis Litteris in forma Brevis, ac sub Annulo Piscatoris expeditis prius sub die 14. Maij 1648. seu, & c. deinde confirmatis cum alio simili Brevi expedito, die 27. Maij 1653. seu, & c. decidit, resolvit, ac determinavit, plures Differentias, Controversias, & Causas inter ipsum Illustriss. D. Instantem ex una, & R. R. Clericos Regulares Societatis Iesu, Provincia Mexicana, in prædictis Indijs Occidentalibus suscitatis, & olim pendentes, & sic semel, & iterum servari, & exequi mandavit, ut in præinsertis Litteris Apostolicis in actis, & Processu causæ suis loco, & tempore exhiben. latius continetur.

Ideo moneantur Iidem Reverendiss. Pater Casuvinus Niehiel, Præpositus Generalis, dictæ Societatis Iesu, omnesque alij etiam Clerici Regulares, Ministri, Assistentes, Procuratores, & Officiales eiusdem Societatis, & eorum quilibet in executione presentium nomi-

Monito-
rium
A. C. A.

nominan. & cognominan. & sua quomodolibet, tam cōiunctim, quā divilim, & alias omni, & c. inter esse putan. sibi que in totam, vel in parte contentorum in prædictis litteris Apostolicis quovismodo tangen. & incumben. etiam omni, & c. quatenus infra triduum proximum, sub poena ducatorum mille auri de Camera ipsi Camera Apostolicæ applican. & pro illis mandati executivi, ac in iuris subsidium excommunicationis, suspensionis à Divinis, Interdicti ab ingressu Ecclesiæ aliarumque censurarum, & sententiarum necnon sub eisdem excommunicatione, suspensione, interdicto, & alijs censuris, & poenis arbitrio prædicti Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive dicti, aut alterius pro tempore existentis eius in Civilibus causis Locumtenentis, etiam omni meliori modo, & debeant, & eorum quilibet debeat verè, realiter, & cum effectu litteras Apostolicas prædictas, omniaque, & singula in eis contenta quæcumque observasse, adimplevisse, & totali executioni demandasse, illisque in omnibus, & per omnia iuxta eorum formam, & tenorem omnino paruisse, & obedivisse, & pro paritione, & executione prædictis viden. & executione prædictis viden. & audien. fieri, ferri, & promulgari quæcumque Sententias declaratorias, & diffinitivas, de & super præmissis omnibus, & singulis, & eorum quomodolibet necessarias, & oportunas, decernique, & relaxari quodcumque mandatum de manuteneado, & quatenus opus sit, & non alias, & c. De quo, & c. Omni, & c. De immitendo, ac de reintegrande executivum ad factum, & quodcumque aliud de super necessarium, & opportunum, & alias prout quando, & quoties opus fuerit, & facti necessitas, & indigentia, rei exigat, ac iuris ordo dictabit, eidemque D. A. C. sive dicto eius D. Locumtenenti videbitur, & placuerit expedire, & cum eodem Illustriss. D. Instante deducen. circa præmissa omnemque actionem, sive de iure quomodolibet competen. iuri stetit, iusque, & iustitiam fieri, & administrari vidisse præmissis, & omni alio meliori modo, presentibusque omnino paruisse, & si quis, & c. compareat, & c. Alioquin, & c. Et insi-

per supradictis omnibus, & singulis montis, vel monendis, ut supra in executione presentium nominan. & cognominan. inhibeat, ne visis, receptis, aut exequatis presentibus, sub iam dictis Sententijs, Censuris, & poenis audeant, nec præsumant, nec eorum aliquis audeat, vel præsumat in præiudicium dicti Illustriss. D. Episcopi Instantis, & contra formam seriem, & tenorem præinsertarum Litterarum Apostolicarum, & contentorum in eis quicquam attentare, nec innovare, minufque attentari, nec innovari facere per se, nec per alios, sub quovis prætextu, causa, ingenio, vel quæsito colore, quoniam in vim eandem Litterarum Illustriss. Dominus ita mandavit, & nihilominus si quis, & c. Compareat, & c. Alioquin, & c. Datum Romæ, ex Adibus Noſtris, die 8. Augusti 1653. Præinsertæ Litteræ Apostolicæ, cum suo originali revisa concordant. Ioachinus Valtrinus, Officialis deputatus, & c. Hi. Dataris. Loco ✱ sigilli D. Dataris Franciscus Jacobus Belgius, Notarius. Loco ✱ sigilli. Eisdem anno, in dictione, mense, & Pontificatu quibus supra, die vero decima nona Augusti, pro Reverendiss. Patri Generali Ven. Societatis Iesu; Cōtra quoscumque legitime comparituros, pro Illustriss. & Reverendiss. D. Episcopo Angelorum in Indijs Occidentalibus, In officio adm. R. P. Pyrrus Gherardus, Procurator Generalis dictæ Societatis in termino eiusdem Monitorij, cum præinserta copia duarum Litterarum Apostolicarum expeditarum in forma Brevis, sub diebus 14. Maij, anni 1648. & 27. Maij 1653. seu, & c. emanarunt super terminacione certarum differentiarum, seu controverſiarum, alias verten. inter dictum Illustriss. & Reverendiss. D. Episcopum ex una, & R. R. Clericos Regulares dictæ Societatis commorantes in Diocesi Angelopolitana, pro Animarum salute expediti per acta mei de presentibus mense Augusti, ac Reverendiss. P. Generali, per unum ex Sanctiss. Domini Curio ribus intimati continen. quatenus, sub certis in eo contentis poenis debeat verè, realiter, & cum effectu Litteras Apostolicas prædictas, omniaque, & singula in

306

eis contenta quacunq; observasse adimplevisse, & totali executioni demandasse, illisq; in omnibus, & per omnia iuxta eorum formam, & tenorem omninò paruisse, & obedivisse, & alias latius, ut in Copia dicti Monitorij, ad quod, &c. Dixit dictum Reverendiss. Patrem Generalem, ipsamque comparentem omnes Litteras Apostolicas, quarum executio ipsis derogatur, seu ad ipsos quomodolibet spectare dignoscatur ab initio eorum expeditio, nis supra caput reverentissimè prout tenentur recipere, seque promptos, & paratos, & promptissimos, & paratissimos, pro illis omnimodè observandis animo, & corde, ac verbis, & facto semper, & omni tempore exhibuisse, & exhibere, proindeque, pro illarum observantia opus non fuisse, nec esse compulsu Litterarum Monitorialium. In reliquis, si

Responso
Reverendi
diff. P.
Genera-
lis de Pa-
trido su-
pradicto
Brevis A-
postolici

Ego Franciscus Jacobus Belgius Virdu-
nen. Cur. Caus. Cam. Apost. Not. de pra-
missis rogat. praesens Instrumentum subs-
cripsi, & publicari req.

Loco ✠ Signi.

Conta sin Disputa por el con-
texto deste Breve, ser el ultimo, i
final desta Controversia, i que para
su Decision, i terminacion no se ne-
cesita de otra cosa alguna, ni De-
claracion, o Adicion de algo ante-
cedente; porque sien el se echase
menos alguna circunstancia nece-
saria, o esencial, el General, i Pro-
curador de la Compania de Iesus, à
quien se intimò para su obedeci-
miento, huvieran, con justissima ra-
zon, reclamado; i representado à la
Silla Apostolica, que V. Santid. ocu-
pa, lo que en esta Materia pudiese
ser de perjuizio à su Parte, por aver-
se omitido: con que à este Breve, sin
nueva participacion de V. Santid.
no se le puede añadir cosa que pa-
rezca que le altera, o le inmura, in-
virtiendo la substancia del Hecho,
anteponiendo, o posponiendo la
faccion con que caminan las Cau-
sas en el Juizio que la Iglesia intro-
duze para decidir las, i concordar
los Fieles en la seguridad de la Do-
ctrina que della se deriva, à mayor
fruto, i aprovechamiento.

Tambien es constante, que para

la observancia deste ultimo Breve, i
ponerle en ejecucion, se despacha-
ro las tres Cedula Reales, rã llenas
de la Cristianidad, Zelo, i Religión
que sobrealian en el Pecho de
nuestro Catolico Monarca Felipe
Quarto, como las Estrellas en el
Firmamento, i del Desvelo, è Inte-
gridad de su Consejo Supremo de
las Indias, que pueden causar con-
fusión a todos los que se llamaren
Hijos favorecidos de la Sede Apo-
stolica; pues por el mismo caso que
blasonaren justamente de la benigni-
dad especial con que los mira, de-
ben mostrarle mas obedientes, i
prontamente rendidos à sus Santis-
mos Decretos. El Obispo no re-
sistió poner en ejecucion el Breve
con todas las atenciones, i circun-
stancias que el Rey Catolico, pru-
dentissimamente, le encargò, i man-
da por su primera Cedula, como de
ella se colige. Repugnaron lo los Re-
ligiosos de la Compania, con varios
pretextos, i consideraciones, hasta
que se vieron obligados à obede-
cer con las dos Cedula subseguen-
tes. Desta contradiccion, tan poco
sua-

fundada pasaron à mayor empeño, in-
tentando con su Santidad que se re-
vocase el Breve, cuya expedicion avia
ocupado tanto tiempo, convocando
tantas Congregaciones, juntado tan-
tos Procesos, oido tantas querellas,
suavizado tantas amarguras, i reduci-
do tantos alborotos: Esta empresa, por
si misma, se conoce si era facil de con-
seguirse en puntos de tanta importan-
cia, i que la revocacion cedia en tan
grave perjuizio de la Ierarquia de la
Iglesia, no queriendo los Regulares
subordinarse à los Obispos en las ma-
terias que son de la Jurisdiccion mas le-
gitima de su Dignidad. De tan ardua
propuesta, i negociacion, i que al pare-
cer no se media tanto con la razon, co-
mo con el Poder, lo que resultò fue in-
timarse perpetuo silencio à los que in-
culcaban con nuevas instancias, los
puntos decididos: i despues deste silen-
cio pronunciado en el Breve por estas

palabras: *Et in hac causa perpetuum si-
lentium esse imponendum, prout presen-
ti Decreto imponit, no à avido lugar pa-
ra bolver sobre esta materia, ni hablar
en ella, con que despues deste Breve
ninguna de las partes litigantes puede
alegar à favor suyo cosa alguna, que no
se halle expresamente cõtenida en el:
porque seria lo mismo que intentar
que el silencio tuviese voz.*

Sin embargo deste silencio tan alta-
mente intimado pidieron los Padres
Jesuitas un Duplicado del sobredicho
Breve, porque parece que aun no le te-
nian, los que tan ardentemente le re-
pugnaban, i así à su instancia se despa-
cho por Duplicado, i Repetido, i segun
conta, se imprimió en Roma, en la
Imprenta de la Reverenda Camara
Apostolica, a cinco de Noviembre de
mil i seiscientos i cinquenta i tres,
con permission de los Superiores; i es
à la letra como se sigue.



Hhh

PRO-

PROCESSVS, ET FINIS
CAVSÆ ANGELOPOLITANÆ
CVM BREVI
S.^{MI} D.N. INNOCENTII X.

PETITO
Ab Illustrissim. & Reverendissim. D.D. Ioanne
de Palafox, Episcopo Angelopolitano.

ET PER DVPLICATVM REPETITO
A RR. PP. Societatis Iesu, Angelopolitanæ Diœcesis.

CONFIRMANTE
Nonnullas Declarationes à S. Congregatione specialiter deputata à Sanctiss.
D.N. emanatas, petitas ab utraque Parte.

NEC NON
Cum Monitorijs super observatione dicti Brevis.

ET IN SVPER
Cum facto concordato ex commissione Sacræ Congregationis.

ET EPISTOLA
Ab eadem S. Congregatione post factum concordatum dicto D. Episcopo
ad favorem PP. scripta.

Monitorium, & Breve Sanctissim. D. N.
Innocentij X.



ROSPER Casarellus, Prothonotarius A. postolicus V. Signaturæ Sanctissim. D. N. Papæ Referendarius, necnō Curie Caesarum Camera Apostolica Generalis Auditor, Romanæque Curie Index Ordinarius, Sententiarum quoque, & Censurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, ac Litterarum Apostolicarum quarumcumque Vniuersalis, & merus Exequor ab eodem Sanctissim. D. N.

Papæ specialiter electus, & deputatus. Vniuersis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Parochialiumque Ecclesiarum, siue Rectoribus, eorumque Plebanis, V. Plebanis, Clericis, Curatis, Notarijs, Tabellionibus, & Officialibus quibuscumque, illisque, vel illis, ad quem, seu ad quos præsenres Nostræ Litteræ pervenerint, seu quomodolibet presentabuntur, salutem in Domino, & Nostris huiusmodi, imo verius Apostolicis firmiter, & inviolabiliter obediendi mandatis. Excitatis inter Illustrissimam, & Reverendissimam D. Ven.

Ven. Fratrem Nostrum Ioannē, Episcopum Angelopolitanum in Indijs Occidentalibus, ex una, & RR. Patres Clericos Regulares Societatis Iesu, Partibus ex altera, nonnullis etiam extrajudicialibus Differentijs, & Controversijs de, & super munere prædicandi Verbum Dei, ac super confessionibus Laicorum audiendis, &c. rebusque alijs, de quibus in Processu causæ, & causarum huiusmodi in partibus fabricato, & qui ad Urbem dicitur transmissus, & pro similibus Differentijs sopiendis, & terminandis à Sanctissimo in Christo Patre, & Domino Nostrò Domino Innocentio, Divina Providentia Papa Decimo, & per suam Sanctitatem eis remissis ad particularem nonnullorum S. R. E. Eminentissimorum, & Reverendissimorum DD. Cardinalium, ac Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Prælatorum nota dignorum Congregationem. Talis Congregatio videndis, & consideratis considerandis Decretum quoddam interposuit in inferius inferendis Litteris Apostolicis relatum, & enarratum, & eo in forma Epistolæ coram Nobis, & in actis infrascripti Nostrij Notarij desuper, & sub die decima septima præteriti presentato, & respectivè exhibitio, & productio sub ipsa die præfatis RR. Patribus Societatis Iesu requiritibus, & petentibus à Nobis observationem dicti Decreti, seu Epistolæ, Monitorium pro illius observatione ad Partes, scilicet, ad ipsas Indias transmittendum concessimus, ad quod condignam volumus haberi Relationem, & ulterius propositis in præfata Sacra Congregatione, tam pro parte præfati Illustrissimi, & Reverendissimi D. Episcopi, quam pro parte eorundem RR. Patrum Societatis Iesu nonnullis dubijs, de quibus pariter infra registrandis Litteris eadem Sacra Congregatio singulariter singulis respondit, ut in eisdem Litteris. Et ultimo loco habito pro parte præfati D. Episcopi ad eundem Sanctissimum recurso, pro similibus Decretorum confirmatione, emanarunt Litteræ Apostolicæ in forma Brevis, sub Annulo Piscatoris desuper expeditæ, & per Illustrissimum, & Reverendissimum D. Gualterium Gualterium simillimum Litterarum Apostolicarum in forma Brevis Secretarium, ut appareret subscriptæ, quarum Dupplicatum,

quod per dictos Patres petiturum fuit. Admodum R. P. Pyrrhus Gherardus, Procurator Generalis totius Societatis Iesu, præ manibus habens Nobis exhibuit, & præsentavit tenoris sequentis videlicet, &c.

INNOCENTIVS Papa Decimus. Ad futuram rei Memoriam. Alias à Nobis emanarunt Litteræ in in simili forma Brevis tenoris sequentis, videlicet. INNOCENTIVS Papa Decimus. Ad futuram rei Memoriam. Cum sicut accepimus aliqua fuerint ortæ Differentiæ inter Ven. Fratrem Ioannem, Episcopum Angelopolitanum, siue Populi Sanctorum Angelorum in Indijs Occidentalibus, ex una, & dilectos Filios Clericos Regulares Societatis Iesu partibus ex altera de, & super munere prædicationis Verbi Dei, tam in proprijs eorundem Clericorum Regularium petita solum Episcopi Benedictione, quam in alienis Ecclesijs, petita, & obrenta ab eodem Episcopo, & Diocæsano Licentia exercendi, necnon super confessionibus Laicorum audiendis prævio examine, siue Approbatione eiusdem Episcopi Diocæsani, quæ dicti Clerici Regulares in viam Privilegorum prædicti Societatis Apostolica Auctoritate concessorum sibi proprio iure, licere, prætendebant, & desuper in partibus fuerit devenit ad plures Actus iudiciales, & pro parte Clericorum Regularium huiusmodi electionem Conservatorum Privilegorum huiusmodi: Nobisque, tam dicti Ioannis Episcopi, quam eorundem Clericorum Regularium nomine, pro sopiendis Differentijs huiusmodi, quædam Dubia Decisionem Differentiarum prædictarum, necnon Iurisdictionem Ordinariorum in exceptos, & ipsorum Clericorum Regularium exemptionem à Iurisdictione Ordinarij concernentia fuerint proposita, ad quæ ambæ Partes responderit, & quid desuper observandum sit Auctoritate Nostra Apostolica statui, & stabiliti deliberabant: Nos, qui omnium Fidelium, & præsertim Ecclesiasticorum quieti libenter incumbimus, Differentias prædictas, totumque negotium particulari Congregationi aliquorum Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum Filiorum Romana Curie Prælatorum examinan, commissimus, qui auditis sæpius Procuratoribus prædicti Ioannis

nis Episcopi, necnon Procuratore Generali Societatis prædictæ negotio mature discussio omnibus dubijs, & petitionibus hinc inde propositis responderunt, prout sequitur videlicet. Sacra Congregatio à Sanctissimo Domino Nostro deputata super Controversijs vertentibus inter Episcopum Angelorum in Indijs Occidentalibus, & Religiosos Societatis Iesu sapius auditis Procuratoribus ab eodem Episcopo ad Urbem allegatis, necnon ipsius Societatis Procuratore Generali, negotioque accurate discussio censuræ prædictos Religiosos nequaquam posse in Civitate, & Diocesi Angelopolitana Personarum Sæcularium confessiones audire sine Approbatione Episcopi Diocesani, * nec Verbum Dei prædicare in Ecclesijs sui Ordinis, non perita ipsius Benedicti, nec in alijs Ecclesijs sine eius Licentia, nec in Ecclesijs etiam sui Ordinis ipso contradicente, & contravenientes ab Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ Delegato coerceri, & puniri posse etiam Censuris Ecclesiasticis in vim Constitutionis Sancti Memor. Gregorij XV. quæ incipit: *Inscrutabili Dei Providentia*. Ac provincie memoratis Religiosis, qui huiusmodi Approbationem, ac Licentiam se obtinuisse non docuerint, potuisse Episcopum, seu eius Generalem Vicarium præcipere sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, ut à confessionibus audiendis, & Verbi Dei prædicatione absterent, nec ob eam causam licuisse dictis Religiosis quasi à manifestis iniurijs, & violentijs, eligere Conservatores, eosque ut prædicent electos, in Episcopum, eiusque Vicarium Generalem indebitè, ac nulliter Excommunicationem fulminasse. Caterum Sacra Congregatio serio in Domino hortatur, ac monet Episcopum, ut Christianæ mansuetudinis memor erga Societatem Iesu, quæ laudabili suo Instituto in Ecclesia Dei, tam fructuose laboravit, ac sine intermissione laborat paterno se gerat affectu, eamque in regimine Ecclesiæ suæ perutilem Adiutricem agnoscens benigne foveat, ac pristina suæ benevolentia restituat, quemadmodum S. Congregatio ipsam facturam confidit, sibi que certo pollicetur, cum eius zelum, pietatem, ac Pastoralem sollicitudinem compertam habeat. Datum Romæ, die xvi. Aprilis,

Anno 1648. Et præmissorum occasione pro parte prædicti Ioanis Episcopi, necnon Religiosorum Societatis Iesu, in eadem Congregatione proposita fuerunt diverfa Dubia, de mandato Sanctissimi resolvenda, quæ quidem Sac. Congregatio sapius auditis, ut in præmissis ab eodem Episcopo ad Urbem missis, necnon Procuratore Generali ipsius Societatis, negotioque mature perpenso, ad singula Dubia ab utraque parte proposita, respondit, ordine quo sequitur. Primò. An in casu quo Episcopus præcipiat Decreta aliqua Concilij Tridentini à Regularibus observari, & executioni demandari, Regulares quicumque etiam Societatis Iesu sub prætextu, quod huiusmodi Præcepta iufringant sua Privilegia possint eligere Conservatores? Congregatio respondit: * Si Episcopus præcipiat Regularibus etiam Societatis Iesu, ut Decreta aliqua Concilij Tridentini observent, ac exequantur in illis casibus, in quibus per ipsum Concilium, vel Constitutiones Apostolicas Regulares exempti subijciuntur Iurisdictioni, & correctioni Episcopi minime licere ipsis Regularibus ob eam causam Conservatores eligere. II. An quando Ordinarius procedit Iuris ordine servato adversus Regulares prædictos in casibus, in quibus per Concilium Tridentinum, vel Constitutiones Apostolicas, ipsi, subijciuntur, possint Conservatores Iudices assignare? Respondit: * Vt ad proximum non posse. III. An Regularibus etiam Societatis Iesu asserentibus se habere Privilegia, quo minus obediant Episcopo in executione Decretorum iuris communis, Concilij Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum, Ordinarij debeant ipsis adhibere fidem, absque exhibitione huiusmodi Privilegiorum? Respondit: * Ordinarios non teneri huiusmodi assertioni fidem adhibere, absque integrali Privilegiorum exhibitione. IV. An in casu quo Regulares quicumque etiam Societatis Iesu exhibeant aliqua Privilegia, & Ordinarij iudicent ea non suffragari casui, de quo agitur, & ad rem non facere, Regulares prædicti possint, & debeant provocari ad Summum Pontificem; vel in partibus Indiarum remotissimis ad Metropolitanum, sive Ordinarium viciniorem, vel potius possint hoc casu eligere Iudices Conservatores?

res? Respondit: * Si verba Privilegiorum sint obscura, & ambigua, non licere, recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorem Episcopum, nec Conservatores eligere, sed Summum Pontificem pro interpretatione esse adendum. V. Vtrum Constitutio fœlic. record. Gregorij XV. circa Conservatores Regularium publicata Anno 1621. cum Declarationibus Eminentissimi norum Sac. Congregationis Concilij Tridentini Interpretum desuper editis aequè afficiat, & comprehendat Religiosos Societatis Iesu, ac reliquos Regulares, ita ut omnia alia prædicta Societatis Privilegia fuerint reducenda ad terminos dictæ Constitutionis, & sic impostum debeant ab ipsis, eligi Conservatores, iuxta formam, & tenorem prædictæ Constitutionis? Respondit: * Huiusmodi Constitutionem cum Declarationibus, ut præfertur, aditis aequè afficere Religiosos Societatis Iesu, atque aliorum Ordinum, & Conservatores ad illius præscriptum esse eligendos, non obstantibus quibusvis Privilegijs; quippè quæ omnia sunt redacta ad terminos ipsius Constitutionis. VI. An Regulares prædicti gravati tere alieno, vel ad ratiocinia, vel Testamentorum, exequatores possint conveniri coram Ordinario, si Conservatores non nominaverint intra tempus habile ab Ordinario præscriptum? Respondit: * Regulares in casibus præfatis coram Ordinario loci esse conveniendos, si ad præscriptum Constitutionis Sancti Memor. Gregorij XV. Conservatores non elegerint, ipsiusque electionis Documentum intra præfatum tempus in adis Curie ipsius Ordinarij non exhibuerint, ac dimiserint. VII. An dicti Regulares Conservatores, sive ad Iura, sive ad Privilegia tuenda assumentes teneantur ante exercitium commissiois præstare cautionem coram Ordinario, sive alio Iudice competente de iudicio suo, & iudicatum solvendo, casu quo in lite, sive causa succubuerint? Respondit: * Non teneri. VIII. An quando Episcopi, iura, vel decimas Cathedralium adversus Regulares prædictos Dote sua spoliantes Ecclesias coram Iudice competente tuerentur, Librosque, Memorialia, & Allegationes producant ius Ecclesiarum Cathedralium exprimentes, & acquisitiones Religiosorum, aliaque generis adnumerantes, huiusmodi

scriptorum occasione possint Regulares nominare Conservatores, præcedentes iniuriam sibi inferri in referendo immoderatas acquisitiones? Respondit: * Si Episcopi pro tuendis Iuribus Cathedralium Ecclesiarum coram Iudice competente, huiusmodi scripta producant, & Regularium immoderatas acquisitiones veraciter, & modeste referant, non licere Regularibus ob eam causam ad Conservatores recurrere. IX. Vtrum Regulares quicumque etiam Societatis Iesu possint administrare Sacramentum Pœnitentiæ Sæcularium absque ipsius Licentia, vel in Ecclesijs etiam sui Ordinis ipso contradicente, post Episcopum Licentia Episcopi Diocesani, etiam si in aliena Diocesi approbatus sit? Respondit: * Regulares etiam Societatis Iesu in una Diocesi ab Episcopo approbato ad confessiones personarum Sæcularium audiendas, nequaquam posse in aliena Diocesi huiusmodi confessiones audire, sine Approbatione Episcopi Diocesani. X. An Episcopus contra dictos Regulares audientes in sua Diocesi confessiones Sæcularium absque sua Approbatione, vel Concionantes absque Licentia Episcopi intra, & extra proprias Ecclesias possit procedere, eos à talibus Ministerijs removendo, sive Præceptis, & alijs Iuris remedijs coercendo? Respondit: * Eisdem Regularibus, qui confessiones Personarum Sæcularium audiunt sine Approbatione Episcopi loci, vel prædicant in Ecclesijs sui Ordinis non perita illius Benedicti, aut in alijs Ecclesijs, absque Episcopum in vim Constitutionis fœlic. record. Gregorij XV. quæ incipit: *Inscrutabili Dei Providentia*, tamquam Sedis Apostolicæ Delegatum, administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, ac munus prædicationis interdiceret, eosque Iuris remedijs coercere, & punire. XI. An quando Episcopo constat dictas Licentias obtentas non fuisse, ipse possit præcipere, ut donec Licentiam intra præscriptum tempus exhibeat à tali Ministerio absterneant, & an requirendus sit per Episcopum pro his exhibendis Provincialis in alia Diocesi, vel longissimè existens, vel ipsi Regulares confessarij, vel coram Superiores eiusdem Diocesis, in qua prædicta exercent? Respondit: * Post Episcopum sic præcipere, nec pro huiusmodi Licentijs quærendum esse Provinciale, sed satis esse ipsos Re-

ligiosos requirere, aut eorum Superiores in Diocesi Episcopi existentes. XII. An si contingat, ut aliquis prædictorum Regularium insurgat contra Episcopum in propria Diocesi, maledictis cum scripto, vel dicto, Populum scandalizando, possit ab Episcopo puniri, & qua animadversione, & quid, si huiusmodi delinquens transiverit ad aliam Diocesim hoc casu servandum sit? Et qua poena puniendus sit Regularis, qui commorans in una Diocesi spargat famosos Libellos contra Ordinarium alterius Diocesis? Respondit: * Si Regularis intra Claustra degens, extra ea, in casibus in Dubio expressis, ita notorie deliquerit, ut Populo scandalo sit, Episcopo instante teneri Superiorem Regularium infratempus ab Episcopo præfigendum, severe illum punire, ac de punitione Episcopum certiore facere, alioquin sic delinquentem ab Episcopo puniri posse ad præscriptum Concilij Tridentini, cap. 14. Sess. 25. de Regular. quod si delinquens ad aliam Diocesim migraverit, servandum esse, quod præcipitur in Constitutione Sancti Memor. Clementis Octavi, incipit. *suscepti muneris ratio*. XIII. An Conservatores nominati, & electi à Regularibus prædictis ante exercitium suæ commissionis teneantur electionis authenticum Documentum exhibere coram Ordinario, sub poena nullitatis actuum? Respondit: * Vtique teneri. XIV. An Privilegia, quæ sunt contra Iurisdictionem Ordinarij, & quibus gaudent, & gaudere prætendunt Regulares prædicti debeant Episcopis notificari, sive insinuari? Respondit: * Regulares teneri huiusmodi Privilegia Episcopo exhibere, si eis uti voluerint. XV. An prædia rustica, Metallosum Fodinæ, Saccari Opificinæ à Regularibus Societatis, vel alijs Possessa, vel alia Domus Sæculares, in quibus, videlicet unus, vel duo Regulares tantum commorantur, gaudeant Privilegio Collegiorum, seu Conventuum? Respondit: * Non gaudere. XVI. Vtrum Regulares prædicti Apothecas quarumcumque mercium, macella, & similia præferant prope Collegia, sive Conventus exercentes possint ab Ordinario sub Censuris inhiberi, ne huiusmodi exerceant? Respondit: * Non posse Episcopum hoc prohibere Regularibus exemptis, sed si in præmissis ita noto-

riè delinquant extra Claustra, ut Populo scandalo sint, servandum esse, quod dictum est supra in responsione ad duodecimum. XVII. Vtrum Regulares, etiam Patres Iesu in suis Prædijs, Opificinis, alijsque suis Domibus Sæcularibus sitis intra limites Parrochialium ad se non spectantium, possint administrare Sacramentum Baptismatis, & solemnem Matrimonij, Extremæ Vnctionis & Eucharistiæ in Festo Pascharis Familis, Mercenarijs Rusticis, sive alijs id genus Homilibus Sæcularibus absque Ordinarij, vel Parrochi Licentia? Respondit: * Non posse. XVIII. Vtrum Patres Societatis in Civitate, & Diocesi Angelorum possint consecrare Vasa Sacra, Altaria, & similia, in quibus Vnctio requiritur? Respondit: * Non posse. Pro parte verò Religiosorum Societatis Iesu, proposita fuerunt infra scripta Dubia. Primo, An Episcopi in Partibus Indiarum possint ex integro totum unum Monasterium, vel Collegium ab audiendis confessionibus suspendere? Respondit: Episcopus Indiarum posse quidem omnibus simul unius Monasterij, vel Collegij Confessarijs adimere Facultatem audiendi confessiones Personarum Sæcularium, etiam inconscripta Sacri Congregatione Episcoporum, & Regularium negotijs proposita, cum Decretum ab ea editum, sub die 20. Novembris 1615. ex intentionis defectu, & convenientia morali, non extendatur ad Regiones illas tam longè ab Vrbe distitas. * Verum ab hac generali suspensione, quæ vix sine scandalo, & animarum pernicie contingere, potest abstinendum esse Episcopis, nisi gravissima subsistente causa, super quo Sacri Congregatione illorum conscientias graviter voluit esse oneratas. Secundo, An Episcopus Regularium pro confessionibus semel approbatus sine nova causa suspendere possit ab ipsis confessionibus audiendis? Respondit: * Regulares alias liberè ab Episcopo prævio examine approbatos ad audiendas confessiones Personarum Sæcularium ab eodem Episcopo suspendi non posse sine nova causa, eaque ad confessiones ipsas pertinet. Tertio, An Bulla Pij V. 34. in ordine, tom. 2. Bullarj, concessa instante, & supplicante Serenissimo Rege Catholico, non ad peritio-nem Regularium sit revocata in Bullis Sum-

Summorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur? Respondit: * Agendum cum Sanctissimo, an velit declarare Bullam non esse revocatam, illam tamen non suffragari, nisi in locis, ubi est defectus Patrochorum. Quarto, An Episcopus possit cum censuris procedere contra Regulares exemptos, si inobedientes fuerint in confessionibus audiendis, vel prædicatione Verbi Dei, & hoc an vigore Concilij Tridentini, vel per quem Canonem? Respondit: * Posse procedere non quidem in vim Concilij Tridentini, sed in vim Constitutionis Gregorij XV. qua incipit: *Inferabili Dei Providentia*. Quinto, An licentia audiendi confessiones, & prædicandi ab Episcopo per litteras missivas; An solum per litteras patentes Cancellarij concedi possit? Respondit: * Posse concedi etiam per litteras missivas, vel oretenus si ita Episcopo videbitur. Sexto, An talis licentia oretenus sine scriptis concedi possit? Respondit: * Ut ad proximum, Septimo, An Facultas eligendi Conservatores concessa Societati à Gregorio XIII. suffragetur illis in locis, in quibus non adsunt Iudices Synodales? Respondit: * Vbi non adsunt Iudices Synodales Privilegium Gregorij XIII. non suffragari, quo ad hoc, ut Societas non teneatur ex illis eligere Conservatores, dummodo tamen in reliquis servetur forma Constitutionis Gregorij XV. hac de re edita. Octavo, An Conservatores Societatis Vicarios Generales Episcoporum Auctoritate Apostolica per Sententias, Censuras, & Poenas Ecclesiasticas compellere possint virtute Bullæ Gregorij XIII. incipien. *Equum reputamus*. Dat. ultima Februarij 1573? Respondit: * Posse à manifestis iniurijs, & violentijs eos cõpescere etiam Censuris, & Poenis Ecclesiasticis. Dat. Romæ, die 16. April. 1648. Qua propter ut præmissa firmius subsistant, & inviolabiliter observentur. Nobis, in parte Ioannis Episcopi huiusmodi, fuit humiliter supplicatum, ut illa Auctoritate Apostolica confirmare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dicti Ioannis Episcopi votis hac in re annuere, illumque specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eundem Ioannem Episcopum à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecce-

lesiasticis Sententijs, Censuris, & Poenis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus exhibet ad effectum præsentium dumtaxat consequen. haurum serie absolventes, & absolutum fore censentes huiusmodi applicariis inclinati præsertim responsa, seu resolutiones Auctoritate prædicta tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque Apostolica firmitatis vim, & robur adiicimus, & inviolabiliter observari mandamus, salva tamen semper in præmissis Auctoritate dictæ Congregationis. Decernentes sic, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, etiam Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos iudicari, ac definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam, quavis Auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Concilijs editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ecclesiæ Angelopolitane, ac Societatis prædictæ, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, statutis, consuetudinibus, Privilegijs quoque Indultis, & Litteris Apostolicis eidem Ecclesiæ, & Societati, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac decretis irritantibus etiam motu proprio, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum quomodolibet cõcessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habeda, aut aliqua alia ex quibuslibet forma ad hoc servanda foret illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens ad effectum præmissorum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ, apud Sanctam Mariam

Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 14. Maij, 1648. Pontificatus Nostri Anno quarto. Et subinde cum Clerici Regulares Societatis prædictæ pretendentes ex pluribus capitibus præinfertas Nostras Litteras non esse iustificas, novam desuper a Nobis audientiam obtinuisent. Nos negotium huiusmodi particulari Congregationi nonnullorum Vener. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum Filiorum Romanæ Curie Prælatorum examinari. & definire, commissimus, qui partibus etiam in contradictorio pluries auditis, earumque oppositionibus maturè perpensis, easdem præinfertas Nostras Litteras esse iustificas, ac proinde illarum executionem nullatenus esse impediendam, aut retardandam decreverunt. Nosque deinde Decretum huiusmodi, ac omnia, & singula in eo contenta Apostolica Auctoritate confirmavimus. Postmodum verò petita etiam ab ipsis Clericis Regularibus dictæ Societatis nova Audientia, super eorum Conservatorum electione, & deputatione emanavit, itidem à Particulari Congregatione nonnullorum Vener. Fratrum Nostrorum eiusdem S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum Filiorum dict. Rom. Curie Prælatorum à Nobis super hoc specialiter deputatorum Decretum tenoris sequentis videlicet. Proposito Dubio in causa vertente inter Episcopum Angelopolitanum, & PP. Societatis Iesu. An ex alijs causis, quam in Brevi expressis fuerit locus electioni Conservatorum. Congregatio Particularis nonnullorum S. R. E. Cardinalium, & Rom. Curie Prælatorum à S. D. N. super hoc specialiter deputata repetito mandato, * ut parcat Brevi in eo, in quo non fuerit paritum, * censuit non fuisse locum electioni talium Conservatorum, * & in hac causa perpetuum silentium esse imponendum, prout præsentis Decreto imponit. * Datum Romæ, die 17. Decembris, 1652. Cum autem sicut eiusdem Ioannis Episcopi nomine Nobis nuper exposita non fuit ipse Decretum præinfertum, quo firmius subsistat, Apostolicæ Nostre Confirmationis robore communiti summopere desideret. Nos, eiusdem Ioannis Episcopi votis hac in re benignè annuere, ac illum specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis Excommuni-

cationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententijs, Censuris, & Pœnis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequens, harum serie invenientes, & abلولum fore censentes supplicationibus eius nomine Nobis, super hoc humiliter prorectis inclinari Decretum præinfertum, ac omnia, & singula in eo contenta Apostolica Auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ Firmitatis robur adijcimus, ac illa inviolabiliter observari mandamus. Decernentes sic, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegates, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis Auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstant omnibus illis, quæ in eisdem præinfertis Nostris Litteris volumus non obstat, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 27. Maij, 1653. Pontificatus Nostri Anno nono.

G. Gualterius.

Loco ✕ Sigilli.

Post quarum quidem Litterarum Apostolicarum supra enunciatarum, & inserta Decreta confirmantium exhibitionem, & productionem fuimus instantes, & debite requisiti pro parte præfatorum Clericorum Regularium Societatis Iesu, & pro parte præfati admodum R. P. Pyrii Gherardi, Procuratoris Generalis inhærentis, nedum supra citato Decreto in forma Epistolæ emanato, & præfatis Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Episcopo per quam supra Sacram Congregationem Particularem respectivè directæ verum etiam Monitorio supra relato pro illius executione cõcesso, & expedito, & citâ illorum præiudicium, sed illis in suo robore, & firmitate semper remanentibus, quatenus eis pro observatione Decretorum dictæ Sacre Congregationis desuper interpositorum, & per suam Sanctitatem præinfertis Litteris in forma Brevis, confirmatorum scilicet

illo.

illorum Decretorum resolutum Dubia pro parte præfatorum RR. Patrum Societatis Iesu proposita, & sub ipsis Litteris comprehensorum, & respectivè comprehensa incipien. Primo. An Episcopi in Partibus Indiarum, &c. & finem. Respondit: Possè à manifestis iniurijs, & molestijs, & violentijs eos compellerè etiam Censuris, & Pœnis Ecclesiasticis, &c. speciale Monitorium ad partes transmittendum concedere dignemur. Undè Nos PROSPER CAFFARELLVS Index, & Auditor præfatus, & omnium, & quarumcunque Apostolicarum litterarum universalis, & merus executor attendentes postulacionem huiusmodi fore, & iustam rationique consonam quodque iusta perentibus non est denegandus assensus. Vobis omnibus, & singulis præfatis, & vestrum cuilibet insolidum committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ strictè, & expressè præcipiendo mandamus, & mandasse, & sic ab omnibus, & quibuscumque iactationibus, perturbacionibus, molestacionibus, & impedimentis exponentibus contra formam, & tenorem præinfertarum Litterarum Apostolicarum quoquo modo, ac quavis de causa illatis, factis, datis, & præfatis inferri, &c. comminatis, ac ab inferendis in futurum, cessasse, destituisse, nullumque dampnum, sive molestiam, quamvis minimam eis dedisse, nec intulisse, dictamque resolutionem, & sic litteras Apostolicas tam coniunctim quam divisim, & insolidum, ac aliâs omni alio meliori modo &c. esse exequendas, & debite executioni demãdãdas per Nos declarari & quancunque sententiam, sive quancunque sententias, & sic illius sive illarum mandatum sive mandata de parento executivum, sive executiva, & alia quæcumque desuper necessaria, & opportuna in favorem præfatorum RR. Patrum Societatis IESU ferri, & promulgari, & respectivè decerni, & relaxari, aliaque fieri, dici, & exerceri, ac præfatis RR. exponentibus, qui omnem actionem sibi quomodolibet cõpetentem deducunt, ius, & iustitiam non solum præmissis, sed & omni alio meliori modo &c. ministrari vidisse, & audivisse expensas, damna, & Interestè passa, & patientia per Nos, quatenus opus sit liquidando præfatis RR. Exponentibus rescisse, & præsentibus nostris monitorialibus, Immo verius Apostolicis litteris in omnibus, & per

Iuris subsidium, quatenus opus sit, excommunicationis, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis debeant, & quilibet requisitus debeat præinfertis litteris Apostolicis, continentibus resolutionem factam per præfatas Sacram Congregationem dubiorum pro parte præfatorum RR. Patrum desuper proposito resolvitur, ac etiam omnibus alijs dubijs resolutis favore, & ad beneficium doctorum RR. Patrum, & de quibus in ipso Brevis, passisse, obedivisse, & obtemperasse, illamque, & illa dubia executioni demandasse, & mandarique fecisse, quodque alij parent, & obediant, & exponentes beneficijs, gratijs, favoribus, prærogativis, & privilegijs eisdem Partibus per præfatas litteras concessis, & claris potantur, & gaudeant, & contra illarum formam non molestantur quovis prætextu, causa, ingenio, vel quavis colore curasse, permisisse, & mandasse, & sic ab omnibus, & quibuscumque iactationibus, perturbacionibus, molestacionibus, & impedimentis exponentibus contra formam, & tenorem præinfertarum Litterarum Apostolicarum quoquo modo, ac quavis de causa illatis, factis, datis, & præfatis inferri, &c. comminatis, ac ab inferendis in futurum, cessasse, destituisse, nullumque dampnum, sive molestiam, quamvis minimam eis dedisse, nec intulisse, dictamque resolutionem, & sic litteras Apostolicas tam coniunctim quam divisim, & insolidum, ac aliâs omni alio meliori modo &c. esse exequendas, & debite executioni demãdãdas per Nos declarari & quancunque sententiam, sive quancunque sententias, & sic illius sive illarum mandatum sive mandata de parento executivum, sive executiva, & alia quæcumque desuper necessaria, & opportuna in favorem præfatorum RR. Patrum Societatis IESU ferri, & promulgari, & respectivè decerni, & relaxari, aliaque fieri, dici, & exerceri, ac præfatis RR. exponentibus, qui omnem actionem sibi quomodolibet cõpetentem deducunt, ius, & iustitiam non solum præmissis, sed & omni alio meliori modo &c. ministrari vidisse, & audivisse expensas, damna, & Interestè passa, & patientia per Nos, quatenus opus sit liquidando præfatis RR. Exponentibus rescisse, & præsentibus nostris monitorialibus, Immo verius Apostolicis litteris in omnibus, & per

KKK omnia

omnia paruisse. & obedivisse, omne ius & c. omni meliori modo & c. deducendo & c. Nobile officium Iudicis, & beneficium Iuris implorando, & invocando, & insuper modo, & forma predictis inhibeatis, & inhibendo expressè precipiatis, & mandetis, prout Nos harum serie inhibemus, precipimus, & mandamus omnibus, & singulis Iudicibus de partibus, Commillariis quibuscunque, & quacunque auctoritate, ac facultate fungentibus, & sancturis, ceterisque alijs personis, cuiusvis sint status, gradus, ordinis, dignitatis, ac conditionis existant, ceterisque Iustitiæ Ministris, omnibusque alijs in executione presentium nominandis, & cognominandis, ne sub eisdem sententijs, censuris, & poenis, presentibus visis aut alias quomodolibet receptis audeant, seu presumant aut eorum aliquis audeat, seu presumat aliquid in partibus attentare seu innovare per sese, vel alium, seu alios quovis pretextu, quavisve de causa, ingenio, vel quaesito colore contra formam, & tenorè præinsertarum litterarum, nec ipsos RR. Patres exponentes, quoquo modo molestare, vexare, perturbare, seu impedire, nec aliquid aliud peragere, quod ipsarum litterarum Apostolicarum spretum, vilipendium, aut contemptum, quomodocunque, aut qualitercunque sapiat. Quod si fecus factum fuerit, ultra predictarum poenarum incursum, id totum revocari, & in pristinum Statum reduci curabimus Iustitia mediante. Alioquin prænominati, sic moniti, si in præmissis se se fore gravatos senserint modo, & forma predictis peremptorie citetis, prout Nos harum serie citamus eosdem quatenus infra terminum septem mensium ab executione presentium in partibus facien. compareant Romæ Iudicialiter coram Nobis, vel infra scripto R. P. D. nostro Locumtenente per sese, vel eorum Procuratores suos idoneos, causam eorum gravaminis allegaturi, alia-

Resoluciones ad favorem Patrum Societatis Iesu Provincie Mexicanae, Ex brevi supra posito deductæ in locis Asterisco notatis, & in Congregatione habita, die 16. Aprilis 1648. obtentæ.

1 NON indigere Patres Societatis approbatione, prævioque examine Episcopi, sed Benedictione ad Concionandum in proprijs Ec-

que dicturi, facturi, & ostensuri, iustitiamque prout ordo dictaverit rationis assecuturi, certificantes eosdem nihilominus sic monitis, & citatis, quod si in dicto citationis termino, ut præmissum est comparuerint siue non. Nos nihilominus ad huiusmodi Causæ expeditionem, & decisionem, nec non ad omnes, & singulos terminos substantiales usque ad sententiam definitivam inclusive etiam lite non contestata procedemus, siue infra scriptus R. P. D. Locumtenens noster procedet Iustitia mediante Absolutionem verò omnium, & singulorum præmissorum Nobis, vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum predictorum omnium fidem has presentes fieri, ac per infra scriptam Curie nostræ Notarum subscribi, sigilloque nostro, quo in talibus utimur usimus, atque fecimus impressione maner. Datum Romæ ex aedibus nostris Anno Domini millesimo sexcentesimo quinto quagesimo tertio Indictione sexta Die vero nona mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini INNOCENTII Divina providentia Papæ Decimi, Anno eius Decimo & c. Præmissæ litteræ Apostolicæ cum suo originali revisæ concordant Ioachinus Valtrinus Officialis Deputatus, & c.

Hi. Datarius.

Marcellus Melchiorius, Locumtenens.

Loco ✕ Sigilli.

Cæsar Columna, Curie Causarum Cam. Apost. Not.

Loco ✕ Sigilli.

Monitorium super observatione Litterarum Apostolicarum, in forma Brevis expeditarum, S. Columnæ, Not. 28. Novembris, 1653.

clesijs. Oppositum voluit D. Episcopus, ut apparet ex 1. processu eiusdem fol. 2. pag. 1. & fol. 30. pag. 1. Et processu 5. etiam eiusdem D. Episcopi

- copi fol. 28. pag. 1. & 2. & fol. 31. pag. 1. & 2.
- 2 Non indigere Patres Societatis licentia, sed benedictione Episcopi ad Concionandum in proprijs Ecclesijs. Oppositum postulavit D. Episcopus. Vt in processu 1. fol. 30. pag. 2. Et in processu 5. fol. 20. pag. 1. & 2. & fol. 1. pag. 2.
 - 3 Non potest Episcopus Patres Societatis Iesu liberè ab ipso approbatos suspendere sine nova causa, eaque ad Confessiones pertinet. Contrarium autem fecit D. Episcopus. Vt in processu 1. fol. 34. processu 3 a fol. 150. usque ad fol. 150. Et processu 4. fol. 5. pag. 2. & fol. 6. pag. 1. & processu 2. fol. 54. pag. 1. & fol. 59. pag. 2. & processu 4. fol. 1. pag. 2. & processu 5. fol. 42. pag. 2. ubi reperitur suspensio approbatorum ab ipso met D. Episcopo.
 - 4 Abstinentum esse D. Episcopis à Generali unius Collegij, vel Conventus Concessariorum suspensione quia vix, sine scandalo, & animarum pernicie contingere potest, nisi gravissima subsistente causa, & super hoc Sacra Congregatio conscientias eorum graviter voluit esse oneratas. D. autem Episcopus omnes Concessarios trium Collegiorum suspendit, ut patet ex processu 1. fol. 1. ex pretextu quod licentiæ aliquorum Patrum non inventebantur registratæ in libris Cancellariæ Episcopalis.
 - 5 Potest Episcopus concedere licentiam audiendi confessiones, & prædicandi per litteras missivas, & non solum per litteras patentes Cancellariæ. Et hoc pacto habuerunt aliqui Patres Societatis à D. Episcopo licentiam ad confessiones, & prædicationem, ut in processu fabricato à Conservatoribus fol. 24. usque ad 31. & fol. 42. & 44. pag. 2. & ex processu 3. D. Episcopi à fol. 150. usque ad fol. 152. & ex processu 2. fol. 54. pag. 1. & fol. 59. pag. 2. & ex processu 5. fol. 42. pag. 2.
 - 6 Possit Episcopus concedere licentiam prædicandi, & confessiones audiendi ore tenus, sine scriptis. Sicque illam receperunt à D. Episcopo aliqui Patres Societatis. ut habetur in processu Conservatorum fol. 24. pag. 2. usque ad fol. 31. & in processu 2. eiusdem D. Episcopi fol. 54. pag. 1. & fol. 59. pag. 2. & processu 5. fol. 42. pag. 2.
 - 7 Quando verba privilegiorum sunt obscura recurrendum esse pro illorum interpretatione ad Summum Pontificem. At D. Episcopus hanc facultatem contra Patres exercuit, ut in processu 1. fol. 175. usque ad fol. 233. pag. 1. & in processu 5. fol. 29. pag. 1. usque ad fol. 30. pag. 2.
 - 8 Non tenentur Patres Societatis assumentes Conservatores præstare cautionem coram Ordinario, siue alio Iudice competente de iudicio sisti, & iudicatum solvendo, casu, quo in lite, siue causa succubuerint. Cuius oppositum prætendebat D. Episcopus processu 1.
 - 9 Possunt Patres Societatis ad Conservatores recurrere quando Episcopi, iura vel decimas Cathedralium tuerentur, spargendo libros, & memorialia, in quibus acquisitiones Religiosorum non veraciter, & modeste referuntur. Prout in libro allegationum pro decimis referuntur.
 - 10 Vbi non sunt Iudices Synodales ut in partibus Indiarum, suffragatur Bulla Gregorij XIII. concessa Societati quoad hoc, dum modo in alijs servetur Constitutio Gregorij XV. D. autem Episcopus oppositum prætendit. processu 1. à fol. 175. pag. 1. usque ad fol. 233. pag. 2.
 - 11 Conservatores nominati à Patribus Societatis posse Vicarios Generales Episcoporum à manifestis iniurijs, & violentijs compefcere etiam censuris, & poenis Ecclesiasticis, virtute Bullæ Gregorij XIII. incipien. Aequum reputamus, dat ultima Februarij 1573. Et hoc volebat D. Episcopus. processu 1. ferè per totum.
 - 12 Solum prohibetur Regularibus, etiam Societatis Iesu eligere Conservatores, quando Episcopus præcipit observantiam alicuius Decreti Concilij in casibus, in quibus per ipsum Concilium, aut Constitutiones Apostolicas subiunguntur iurisdictioni, & correctioni Episcoporum: non autem in casibus, in quibus non subiunguntur. Et hoc est contra prætensionem D. Episcopi expressam in 1. 2. 3. 4. & 5. processu eiusdem Domini Episcopi.
 - 13 Licet non possint Regulares præfati eligere Conservatores, quando Episcopus procedit iuris ordine servato in casibus, in quibus per Concilium

cilium Tridentinum, vel Constitutiones Apostolicas ipsi Episcopo subiciuntur. possunt autem ad Conservatores recurrere Episcopo procedente iuris ordine non servato. Oppositum exequutus est D. Episcopus, ut constat ex primo processu fol. 120. Et ex facto concordato inferius registrando.

14 Episcopus tenetur procedere contra Regulares commorantes in sua Diocesi, vel ad aliam Diocesim transientes ad prescriptum Concilij Tridentini cap. 14. sess. 25. de Regulari & Confit. 8. Clementis VIII. incipien. Suscepti muneris ratio &c. Oppositum tamen apparet fecisse Episcopum ex 1. processu, & praesertim ex toto 2. processu. Et ex processu Conservatorum fol. 218. usque ad fol. 219.

15 Episcopus non potest procedere contra Regulares exemptos censuris, & poenis Ecclesiasticis, etiam si sint inobedientes, in confessionibus audiendis, vel praedicatione verbi Dei vigore Concilij Tridentini.

Resolutio Sacrae Congregationis data die 4. Februarij
1652. in 2. sessione habita.

Procurator Mexicanæ Provinciae Societatis Iesu obtenta à Sanctis, D. N. nova audientia Procuratorem D. Episcopi citavit ad novam instantiam; Et in contradictorijs habitis coram Eminentissimo, ac Reverendissimo D. Cardinali Spada conceptum, & receptum fuit à Partibus Dubium tenoris sequentis. *An Breve iustificetur, quoad primam partem, & in quo?*

Et super dubio firmato scripsit Procurator Provinciae Mexicanæ impugnans ratiomodo narrativam facti contentam in prima parte Brevis tanquam falsam; Resolutiones autem eiusdem Brevis abstrahentes a facto ex adverso supposito semper tanquam iustissimas fuit amplexatus, ut apparet ex scripturis impressis in Typographia R. Cam. Apost. Superiorum permissu anno. 1652. quas non damus in presentiarum, qui ex facto concordato ex commissione Sacrae Congregationis inferius producto, veritas huius assertionis manifeste firmatur &c.

Nihilominus placuit Sacrae Congre-

Processit tamen D. Episcopus in toto 1. processu.

16 Bulla Pij V. 34. in ordine tom. 2. Bullarij suffragatur Regularibus in locis, in quibus est defectus Parochorum. Quod reperitur negatum à D. Episcopo in 1. processu.

17 Non posse Episcopum prohibere Patribus Societatis, quod habeant apothecas quarumcunque mercium macella, & similia, prope Collegia, sive Conventus, neque ad censuras procedere, quamvis illa exercerent. Et hoc impositum fuit Patribus in libello allegationum pro Decimis.

18 Constitutionem Gregorij XV. circa Conservatores Regularium publicatam anno 1621. Cum declarationibus Eminentiss. Cardin. Sac. Congregationis Concilij Tridentini Interpreti desuper editis aequae alicere Religiosos Societatis Iesu, ac reliquos Regulares. D. autē Episcopus utebatur Constitutione sine declarationibus favorabilibus PP. Societatis, ut in toto processu 1. & alijs ab ipso fabricatis apparet, &c.

gationi stare decretis semel publicatis, & in 2. sess. concepit Decretum, sequentis tenoris. *Consuetudine praedictum Breve esse iustificatum; Videatur tamen an ex alijs causis quam in Breve expressis fuerit locus electioni Conservatorum?*

Procuratori autem D. Episcopi, petenti à Sacra Congregatione decretum conceptum, denegatum fuit, donec Conservatorum electionis articulus definiretur in 3. sessione iam indicata, & proximè habenda.

Ipsè tamen recursum habuit ad Sanctissimum D. N. pro impetrando Decreto, allegans in Memoriali oblato Patres Brevi sibi notificato nunquam paruisse, militesque coram Sacra Congregatione inculcavit executionem Literarum Apostolicarum esse à se suis retardatam. Ex mandatoque Sanctissimi obtinuit praefati Decreti expeditionem.

Quod an fuerit contrarium pretensionum Patrum Societatis conantium solum demonstrare narrativam facti, non iustificari, iudicet cordatus quisque. Re-

Resolutiones favorabiles Patribus Societatis
obtentæ, in 3. Sess. die 17. Decembris
1652.

Eminentissimus, ac Reverendissimus D. Cardinalis Spada communicavit Patribus dubiam disputandam propria manu subscriptam, quod sic se habet. *In causa Angelopolitana disputabitur Dubium: An ex alijs causis, quam in Breve expressis fuerit locus electioni Conservatorum?* B. Card. Spada.

Et recepto Dubio, factum fuit contradictorium, prout sequitur. Die 13. Septembris, 1652. factum est contradictorium coram Eminentissimo D. Cardinali Spada, in quo pro parte Illustrissimi D. Episcopi Angelopolitani intervenit D. Ioannes Maganus cum suo Advocato D. Theodoro Amayden, & Pater Laurentius Alvarado, cum suis pro Provincia Mexicana Societatis Iesu, & concesso datur, quod scribatur praecise super causis eligendi Conservatores in genere, praeter expressas in Breve absque eo quod scribatur super validitate electionis Conservatorum in specie; quia hæc spectat ad aliam instantionem, que non continetur in Dubio proposito. Cui contradictorio omnes Partes subscribere. Datum ut supra.

Post hæc Procurator D. Episcopi, &

D. Theodorus Amayden ex adverso Advocatus, omnibus adversus Societatem loqui linguis, quinque Processus à D. Episcopo, absque scientia, & citatione Patrum, & cum partialibus, ac familiaribus testibus fabricatos, quatuor Libros in omni Cartharum genere impressos, duas longissimas Epistolas, aliaque plura Memorialia, & instrumenta prodaxerunt contra Mexicanam Provinciam, quæ in actis, Maximi Rigæ registrata servantur. Ex quibus ad satisfactionem allegarunt Patres Societatis non paruisse Breve, nec voluisse parere; proindeque ad partitionem obligandos, iuxta Decretum Sacrae Congregationis supra ante insertum, datum in 2. Sess. die 17. Decembris 1652. Et ulterius, alia infinita profus extra Dubium congesterunt, quæ ex scripturis communicatis apparent.

Contra Procurator Provinciae Mexicanæ Societatis. In primis demonstravit Patres ab anno 1648. paruisse Breve Sanctissimi, quod confirmavit ex 5. D. Episcopi processu, ex quo extraxit Edictum factum, & publicatum ab ipso Episcopo in Civitate Angelopolitana, quod sic se habet.

Demonstratur Patres Societatis Iesu in Provincia
Mexicana observasse Breve Sanctissimi
D. N. Innocentij Decimi.

In 5. Processu D. Episcopi Angelopolitani à fol. 54. usque ad fol. 58. reperitur Edictum generale publicatum ex mandato eiusdem Episcopi, cuius Copia est tenoris sequentis.

NOS D. Ioannes de Palafox & Mendoça, Episcopus Civitatis Angelonum, &c. Cum dedissemus individualem notitiam praefate resolutionis, & Brevis Sanctissimi D. N. Innocentij X. praedictis Religio-

sis Societatis Iesu. Resultavit, quod praefati Regulares exhibuerint, & praesentaverint licentias quas habeant aliorum Episcoporum extra nostram Diocesim ad praedicandum, & confessiones audiendum, & aliquas nostras, nos-

trorūque Antecessorū die 23. mensis Octobris huius presentis anni per manus Patriam Didacide Monroy, Ioannis de Figueroa, & Petri de Valentiā Rectorum Collegiorum huius Civitatis, & à nobis petiverunt, quod concederemus sibi licentias, quas non habebant, & quod confirmarem licentias datas, & alias à nobis concessas. Nosque præfatis Religiosis concessimus licentias qualiter postularunt ex quo cessarunt effectus primi Edicti publicati die 8. Mensis Martij de anno de 1647. mediante quo prohibuimus omnibus fidelibus, quod sua peccata aperirent prædictis Religiosis &c. Norumque facimus præfatos Religiosos nostras licentias habere, ob idque posse prædicare Verbum Dei, & confessiones audire; libertumque esse quibuscumque fidelibus illis confiteri, eorumque cōfessiones audire &c. Datum in Civitate Angelorum die 8. mensis Decembris anni 1648. Ioanēs Episcopus Civitatis Angelorum. De mandato D. mei Episcopi, Lucas de Perea Notarius.

Si igitur Patres Societatis statim ac habuerunt notitiam Brevis, & resolutionis Sanctiss. se coram Episcopo præsentarunt, petiveruntque licentias ad prædicandam, & confessiones secularium audiendas, manifestum est Brevis Sanctissimi obtemperasse, Vnde quod à parte adversa ex opposito evulgatum est apparet manifesta calumnia.

Secundo, in facto proposuit novem gravamina, quæ probavit in Summ. ex ipsis processibus D. Episcopi, & convicti licuisse Patribus Societatis eligere Conservatores in genere, de quibus in dubio proposito erat sermo.

Tertio, satisfecit calumniis processibus, librorum, litterarum, memorialium, & aliorum libellorum ab Adversario productorum; Enixèque deprecatus fuit à Sacra Congregatione, quod dignaretur perpetui silentij habentis Adversariorum licentiam refrænare; pro cuius asserti veritate ipsam Sac. Congregationem Testem omni exceptione maiorem, iterum appellat.

Sacra igitur Congregatio die 17. Decembris 1652. cognoscens ex edic-

to Episcopi Patres Societatis exequationem Brevis nunquam retardasse, sed statim ac ad illorum pervenit notitiam obtemperasse. Et recognoscens ex facto, & summario sufficientissimè probata gravamina; ob quæ ad Conservatorum electionem devenerunt. Denique approbans tanquam iustissimam, Silentij perpetui imponendi supplicationem factam à Patribus Societatis publicavit Decretum tenoris sequentis.

Proposito Dubio in causa vertente inter Episcopum Angelopolitanum, & Patres Societatis Iesu. An ex alijs causis, quam in Brevis expressis fuerit locis electioni Conservatorum? Congregatio particularis nonnullorum S. R. E. Cardinalium, & Romanæ Curia Prælatorum à S. D. N. super hoc specialiter deputata, repetito mandato, ut pareatur Brevis in eo in quo non fuerit paritum, censuit non fuisse locum electioni talium Conservatorum, & in hac causa perpetuum silentium esse imponendam, prout presenti Decreto imponit. Datum Romæ, die 17. Decembris 1652.

Et eadem die, ac in eadem Sessione simul præcepit eadem Sacra Congregatio Procuratori D. Episcopi, ut censuras, in quas prætendebat Patres Societatis incidisse, iustificaret coram Illustrissimis, ac Reverendissimis D. P. Pauluccio, ut constaret ex commissione mox subijcienda.

Et quamvis præfatum Decretum primo aspectu contrarium videatur. Ex facti tamen præsuppositi narratione facta apparet ad favorem Societatis fuisse conceptam, singula breviter explicantur, & probantur.

Præceperat Sacra Congregatio Decreto expedito 2. Sess. habita, die 4. Februarij 1652. executionem Brevis non esse retardandam in quo ex relatione sibi facta ex adverso proposuit P. P. Societatis nondum obtemperasse Brevis, proindeque eis, tanquam inobedientibus partitionem, & obedientiam iussit. Cum autem in hac 3. Sess. eadem S. Congregatio ex edicto D. Episcopi paulo ante Superius registrato cognovit P. P. obedivisse, ut eos ab illa inobedientia calumnia liberet illud mandatum absolquam prioris Decreti

creti de parendo Brevis reformavit per 1. clausulam conditionatam præfatis Decreti, videlicet: *Pareatur Brevis in eo in quo non fuerit paritum.* Et quia in hac clausula manifestè supponit eadem Sacra Congregatio, imò, & declarat P. P. iam fuisse obediētes, nihilque in Brevis possit assignari, cui paritum non sit. Resolutio contenta in 1. clausula Decreti: favorabilis est Patribus Societatis. Transeo ad 2. Cum propositum fuisset in hac 3. Sess. dubium. *An ex alijs causis quam in Brevis expressis fuerit locis electioni Conservatorum?* Sacra Congregatio respondit in 2. clausula præfatis Decreti, non fuisse locum electioni talium Conservatorum? Per quam cum non excludatur, nec improbetur electio Conservatorum in genere de qua dubium propositum loquebatur, sed solum excludatur tales Conservatores in specie, quia unus eorum non erat in Dignitate constitutus, proindeque carebat qualitate requisita ex Cōstit. Gregor. X V. ideò præfata clausula æquivaleret huic, fuisse quidem locum electioni talium Conservatorum, sed non talium: Si enim Sacra Congregatio vellet reprobare electionem

quorumcumque Conservatorum, responderet absolute, & nulla apposita limitatione non fuisse locum electioni Conservatorum. Vidit sane à Patribus Societatis producta motiva sufficientissima, ad eligendos Conservatores, & simul in uno ex Conservatoribus de facto electis invenit defectum cuiusdam qualitatis requisita. Ut ergo Dubio responderet ad favorem P. P. & etiā notaret defectum repertum in tali Conservatore usā fuit Sacra Congregatio illa clausula 2. utrumque continente, videlicet: *Non fuisse locum electioni talium Conservatorum?* Quæ habet hunc sensum fuisse locum electioni Conservatorum, sed non talium.

Tandem quia Procurator D. Episcopi nunquam postulavit à Sacra Congregatione, quod silentium imponeret; & quia constat impostum fuisse ad instantiam Procuratoris Provinciae Mexicanae ob motiva supra enumerata, apparet, quod 3. clausula Decreti, nempe: *Et in hac causa perpetuum silentium esse imponendum prout presentis Decreto imponit.* Fuit ad favorem Patrum Societatis.

Commissio Sacrae Congregationis concessa Illustrissimo, & Reverendissimo D. P. Francisco Pauluccio, pro iustificandis censuris prætensis à D. Episcopo, & factum concordatum ad favorem Societatis.

Da Monsig. Albricio si hebbe il seguente Decreto.

IN Congregatione specialiter deputata Sanctissimo D. N. super negotiis inter Episcopum Angelopolitanum, & Patres Societatis habita die 17. Decembris 1652. fuit commissum R. P. D. Pauluccio, ut videret an, & qui ex illis Patribus incidere in excommunicationem.

M. Albricio Sec.

In esecuzione rispetto alle scomuniche, che si pretende incorse da Padridella Compagnia si è cavato concordemente da tutti li sei Processi il contenuto nell'annessa scrittura sottoscritta dalle parti, quali si degnar anno 1652. V. V. considerare, accio con la somma loro prudenza si possa pigliare la finale resolutione.

Factum concordatum die 6. Martij 1647.

Fuit factum præceptum Patri Spiritus Sancti, & P. Ioanni Rectori Didaco de Monroy Rectori Collegij S. Iudeoani, ne prædicarent,

rent, & Confessiones audirent absque exhibitione licentiarum, cum prefixione termini, sed absque comminatione censurarum, cui precepto uterque respondit, audiuit.

Idem Patres comparuerunt intra terminum, & responderunt habere privilegia audiendi confessiones, & predicandi absque eo quod teneantur illa exhibere, idque constat ex assertione Provisoris.

Patris Bartholomeo Sanchez Cōcionaturo fuit insinuatum de ordinatione Episcopi quod exhiberet licentiam concionandi, qui respondit habere licentiam sed nolle exhibere Sacerdoti insinuanti, nec Episcopo, & quod adiret P. Rectorem, de hoc attestantur duo Testes Sacerdotes, qui adierunt d. Rectorem, & ipse respondit habere licentiam, sed presentare nolle, ne prauidicaret privilegij Societatis.

Die septima Martij 1647. P. Aloysius de Gaspi, & P. Petrus de Valentia adierunt Episcopum rogando pro suspensione dicti precepti, & ut permitteret d. P. de Gaspi predicare in propria Ecclesia, quod Episcopus denegavit, dicens quod exhiberet licentiam concionandi, & audiendi confessiones ad prescriptum S. Concilij. De hoc attestantur tres Testes familiares Episcopi.

Die 8. eiusdem Notarius Episcopi hora decima cum dimidia adivit ut alloqueretur cum P. Rectore, sed dum vocatus fuit ad alloquendum eodem tempore fuit habita predicatio in Ecclesia à dicto P. de Gaspi.

Eadem die idem Notarius personaliter intimavit Decretum Provisoris Episcopalis sub poena excommunicationis latae sententiae eiusdem duobus P. P. Rectoribus, qui responderunt minus exhibendi huiusmodi licentias spectare ad Provinciale petendo terminum ad illum certiorandum, qui fuit prefixus viginti dierum die 8. Martij 1647.

Eadem die 8. Idem Provisor mandavit fieri Intimationem eiusdem Rectoribus, tertij Edicti sub poena excommunicationis latae sententiae, & cum comminatione affigendi Cedulae, qui aut fuissent predicare, & confessiones audire, absque privilegio licentia, & illius exhibitione quod Edictum eadem die fuit per Notarium personaliter intimatum

eisdem Rectoribus.

8 Eadem die fuit factum Edictum Generale, & preceptum omnibus, ut in pag. 31. proe. primi.

9 Post discessum Episcopi à Civitate scilicet à die 16. Iulij 1647. Patres Societatis predicant, & audierunt Confessiones de licentia Capituli supponendo Sedem Episcopalem vacare.

10 Die 4. Iulij 1647. Capitulum ob absentiam Episcopi renuntiante D. Alfonso Governatore Episcopatus, per Episcopum constituto, assumptio in se regimem.

11 Die 30. Iulij eiusdem, Nicolaus Gomez, tertius Provisor ab eodera Episcopo deputatus fuit declaratus excommunicatus.

12 Quatuor Testes examinati Processu primo, pag. 301. & 313. deponunt, ut sequitur.

Por lo qual sabe este Testigo, por averlo visto, que sin embargo de que los dichos Religiosos de la Compañia, en la Quaresma deste presente Año, cesaron en la Administracion Espiritual de predicar, y confesar, &c.

13 Die 20. Martij eiusdem, fuit facta electio Conservatorum per Patres Societatis, qui die 26. eiusdem fecerunt Edictum Patres esse restituendos ad usum, & possessionem predicandi, & confessiones audiendi, ut sequitur.

Debian de mandar, i mandaron, que ante todas cosas, la dicha Religión, i sus Religiosos sean restituídos en la posesion, uso, i costumbre en que han estado, i están, i en particular los de los Colegios de la dicha Ciudad de los Angeles, de confesar, i predicar publicamente en la dicha Ciudad, i fuera della, en las Iglesias de dichos sus Colegios, i en las demás de dentro, i fuera de la dicha Ciudad, i en las Plazas, i lugares publicos, en conformidad de sus Constituciones, i Privilegios, practica, posesion, i uso conveniente dellos.

14 Ob quam electionem Conservatorum Informantes pro Episcopo allegantur incursum in censuram, quae electio asseritur facta in vim privilegiorum in Civitate Mexicana, & notificata Archiepiscopo praetextu iniuriarum.

15 Item allegant incursum in censuram

suram Patris Velaschi ob instantiam & actus gestos coram Prorege occasione notificationis ab Episcopo factae mediante litteris Protegi, & fiscali, idque ob Cedulae Regis Carholicoc acernement presentaciones, & nominationes Conservatorum necnon ob actum presentacionis de illa factum cum protestacione, ut sequitur.

Que sin embargo de que representar no deber exhibir dicho nombramiento, ni las causas que le movieron à hazerlo, i aver alegado sobre ello diversas razones à mayor abundamiento presentado &c.

16 Pretenditur incursum eiusdem Patris Velaschi, eo quod dixit Nicolao Provisorio, & Vicario, Episcopi, quod obtineret provisionem à Capitulo quia Episcopus erat excommunicatus, & in fiscalio Episcopalis residere ut penes Capitulum processu 3. pag. 35.

17 Item allegatur incursum Patrum Alphonsi Muñoz, & Hieronymi de Loviera, eo quod haveva dato fomento, ut assererentur Cedulae contra Vicarium Episcopatus uti excommunicatum, publice asserendo non Conservatores, sed Provisorem esse excommunicatum, Probatur ex dicto unius testis qui est Notarius, & attestatur de visu hac de veritate, ut sequitur. En fe de lo qual lo firme Juan de San Vicente Notario Receptor.

18 Pretenditur incursum Patrem Iosephum de Larcon eo quod distribuerat scripturam intitalatam Verdades.

19 Pretenditur incursum P. Didaci de Medina ob eandem Causam.

20 Pretenditur incursum P. Roch de Molina eo quod dicebat Provisorem, & Vicarium Episcopi non autem Conservatores esse excommunicatos ex dispositione Testium, quos Patres allegant examinatos parte non citata.

21 Pretenditur incursum P. Calderoni eo quod scriptum est Bigliertum de illius ordine à P. Francisco della Canale cum libello directo Pro Regi, in quo instabat reprimi efficacij Episcopi, eo quod timere poterat, che arrestasse il Regno.

22 Ex adverso ponderatur aliud Bigliertum eiusdem Patris Francisci sub die 9. Aprilis 1647. directum

Episcopo, in quo asseritur Patres non permittere, ut ipse alloquatur aliquem, & quod prohibuit predicare.

23 Ulterius die 25. Martij 1649. D. Ioannes Antonius da Ponte attestatur audivisse ab vno Patre Societatis Patrem Calderonum dixisse nella conversacione de gli altri Padri, che quando questo non basti che hanno dedotto, non vi è altro che dargli due archibugiate, & invia alta occasione riferisce di haver udito, che il medesimo Padre diceva che non vi era altro che darle al Vescovo un colpo, deponens de auditu ab uno Patre Societatis dicentis pro exoneratione sua conscientiae, cum quo interce debant litterae, quas litteras pretendunt Patres Societatis esse registratas in eodem Processu, die 15. Novembris 1646. in quibus tantum dixerat, che voleva darli un colpaccio.

24 D. Marrinus de Pamplona, pariter deponit de auditu à dicto Ioan. Antonio da Ponte, & referendo se ad litteras Patrum Societatis, datas à Mexico, che al Vescovo si poteva dare due archibugiate, ò un colpo.

25 Idem deponit D. Ioannes de Castiglia, quod inter illos, qui ita consulebant fuit P. Calderonus, necnon P. Ioannes S. Michele asserentis, che imbarcassero il Vescovo, ò gli daffero un colpo, idque assererent in Palatio Proregis, è nella recreatione nella Casa professa.

26 Contra eundem P. Ioannem S. Michele alius Testis, die 4. Aprilis 1647. deponit in auditorio una cum alijs, dū dicitus P. fermocinabatur in Cathedrali locutum fuisse, ut ipsi intendebant de Episcopo verbis iniuriosis, & insamiam denotantibus.

27 Contra P. Petrum de Valentia deponit unus Testis, qui est Notarius Curiae Laicalis ipsam allocutum fuisse, die 8. 1647. requirendo, ut intimaret Cedulae Laicali Rectori Civitatis ad effectum, ut exequerentur contenta in ea, in qua invocabatur Brachium Saeculare, & demandabatur etiam Personis Ecclesiasticis sub poenis temporalibus, ut recognoferentur Conservatores pro legitimis.

28 Ex adverso Patres asserunt non

specificari tenorem dictae Cedulae, sed in Processu non adest alia Cedula, quam illa, quae immediate inscribitur, & dicitur P. uti Procurator deputatus à Provinciali pro electione Conservatorum in vim Bullae Gregorianae.

29 Pro parte Patrum deducitur vacatio Sedis Episcopalis ex absentia Episcopi sub dicta die 6. Julij 1647. una cum suo Provisore Process. 3. pag. 134. usque ad 140. & ex renuntiatione Gubernatoris facta coram tribus Commissariis Capituli.

30 Hac tamen renuntiatione pro parte Episcopi pretenditur Absentia ex Decretis Regis Catholici, sub gravissimis poenis, quae remanebant absque recussu, ideo tacite renuntiabat, & expresse renunciasset si opus fuisset, prout renunciavit ut sequitur.

31 Che considerando le differenze, che etiano tra Mons. Vescovo, & li Patri con differenti procedimenti.

32 Post dictam renuntiationem, die 19. Julij 1647. Patres exhibuerunt Licentias pro audendis confessionibus, & praedicationibus habendis in genere tamen absque aliqua specificatione nominis alicuius Patris.

33 Renuntiatione dicti Gubernatoris non habet in ventre conditionem, nec verbum portanniam in se, meo tam, si dicitur autem metus cu vi de 33 dicitur pro parte Episcopi ex antecedentibus, & subsequentibus, si licet ex dicto unius Testis Paulini deponentis à Patribus fuisse solitas octo, & dicitur mila pezze da morto pro confessione coram in notorio, ut sequitur.

34 Dico, que est, por aver sido publico, que los Religiosos de la Compañia de Iesus, sobre este pleito se avian valido para conseguir su intento, de la Potestad secular, sino de la Real Audiencia, a la qual renunciaron, para mas bien conseguir el nonbramiento de sus llama dos Invezadores Conservadores. Dyo de diez y siete Testigos, que para este efecto, a dichos Religiosos avian dado ocho, u diez mil pesos a Don Mateo de Cisneros, Alcaide del Señor Conde de Salvatierra, Virrey que fue desta Nueva España.

35 Idem deponit alius Testis de auditu publico, quod dicti Patres sol-

verint magnam summam denario- rum, D. Mattheo de Cisneros, Auditori V. Regis.

36 Idem deponit alius Testis, ut sequitur: Que para conseguir su intento, se valieron dichos Religiosos de la Potestad Secular del Señor Conde de Salvatierra, Virrey que fue desta Nueva España, recusando, como recusaron, à la Real Audiencia deste Reyno, para con este pretexto conseguir mas bien el nonbramiento de sus llamados Invezadores Conservadores: si fue publico, i notorio, que para este efecto dichos Religiosos de la Compañia de Iesus dieron gran cantidad de dinero à D. Mattheo de Cisneros, Letrado, i Alcaide de dicho Señor Virrey.

37 Eodem modo deponunt alij sex Testes de auditu publico.

38 Eadem vis, & metus deducitur ex depositione Testium, quod Patres pecunijs corrumperant aliquos Praebendatos Capitalates, & praesensque Ioan. de Vega hunc quibus concordant alij octo Testes de auditu publico.

39 Mterius eadem vis, & metus deducitur ex eo, quod Cedula Regia intimata quibusdam Capitalaribus, huiusmodi, die 22. Julij 1647. fuit intimata praesente, & coactante P. Petro de Valentia, Rectore.

40 Die 25. Julij 1647. notificata fuit dicta Cedula Reali Doctori Nicolao Gomez, ultimo Provisori Episcopatus, ut sequitur: En quarto al Officio que representa della Cura della Parochia de S. Gioseffo, ipse tamen in responsione dixit: Che le intimacione si haveba fatta à Patro Provisore, non à mi.

41 In Cedula autem Reali continetur Conservatores deputatos à Patribus haberi debere pro veris Conservatoribus in concernentibus inquirias, sub poenis temporalibus, tam Laicis, quam Ecclesiasticis.

42 Die 6. Julij 1647. fuit facta intimatio Capitulo congregato, quod declaravit recepisse gubernium ante ipsam intimacionem, ut sequitur.

43 Iste sententia Capitulo dixit, que ageres que yo el Escriptano intimafela Real Provision de su Real Magestad de su Real auxilio, tenia tomada en si el Gobierno.

44 Gubernator autem Curia Episcopalis, qui erat unus ex Capitalari-

bus die praecedenti intrinatus, & nisi rmtis dixit: Che assentiva aque- llo, che haveffe fatto la maggior parte del Capitolo.

43 A Patribus deducitur Capitulum concessisse Licentias praediciandi, & audiendi confessiones exhibitis Licentijs prius obiectis, scilicet P. Velasco Licentia habita ab Episcopo Antecessore, P. Ioan. Mendez, & Ioan. de Avalos, Licentia Episcopi Antecessoris, P. Ludovico de Sola, Licentia pariter habita ab Antecessore, P. Hieronymo de Lobera, Licentia moderni Episcopi, sed tanquam Archiepiscopi Mexicani nominati, P. Salvadori de Morales, Licentia moderni Episcopi, alijs tredecim Patribus, qui praesentiarunt Licentias aliorum Episcoporum; Patribus Francisco de Vive, & Diego de Aguilar, Licentijs moderni Episcopi exhibitis.

44 Idem Capitulum alijs Regularibus, & Secularibus concessit Licentias.

45 Testes deponentes, quod Patres tempore Sedis vacantis audierunt confessiones, & praedicant deponunt de Patribus in genere absque specificatione nominum.

46 A Patribus excipitur Episcopum post seditionem ad suam Ecclesiam non reclamasse, nec impugnasse Licentias concessas à Capitulo nisi post receptum Breve Sanctissimi quo tempore dictas Licentias declaravit invalidas exhibendo se promptim concedere omnibus, quibus ab eodem Capitulo concessa fuerant.

47 Post intimacionem dicti Brevis Patres praesentiarunt eadem Licentias Episcopo, scilicet, die 23. Octobris 1648. qui approbando Licentias ase, & à Praecessoribus concessas, concessit etiam aliquibus alijs Patribus.

48 Sex Patres contra quos Provisor processit ad Censuras excipiunt non fuisse citatos.

49 Contra Patrem Franciscum Calderonem, & Patrem Ioannem de Sancto Michaeli, & Petrum de Valentia non fuit ad declaratoriam Processum.

50 Tandem allegatur à Patribus Processus esse nullos ex defectu citationis praeter Edicta, & notificationes, ut supra factas, &c.

51 Et quod P. Velaschus, cum alijs quibus alijs iam obicit.

Lorenzo de Alvarado, &c.

El Licenciado Ioan. Magano.

Abiris quinq; sessionibus coram R. P. D. Francisco Pauluccio Secretario à Congregatione specialiter deputato, & contradictorijs inter partes allatis, & ponderatis processibus, adhibitis Advocatis, utriusque partis ipsa partes concordantur in facto, illud ita, prout facer, & scriptum est habere, & in mei praesentia subscriperunt manu propria quemadmodum Ego manu propria in praedictorum fidem subscribo.

Theodorus Amayden advocatus manu propria.

Idem de concordia huius facti In pluribus contradictorijs habitis coram R. P. D. Pauluccio cum intervenitu tara supradicti D. Theodori Amayden, Advocati Illustrissimi D. Episcopi quam inel tanquam Advocati Ven. Societatis Iesu, & de subscriptione propria manu facta per Adm. R. P. Laurentium de Alvarado, & per D. Licentiorum D. Ioannem Magano atreitor hac die 20. Maij, 1653.

Ego Prosper Bottinus, Advocatus, manu propria.

Ego Carolus Formichinus attestor scripsisse de ordine, & mandato Illustrissimi & Reverendissimi D. me Paulucci, cum praesentia, & consensu Admodum R. P. Laurentij de Alvarado, & D. Licentiarum D. Ioannis de Magano supradictum factum, & sic fuisse interdictas partes concordatum visis, & examinatis processibus, & propterea ab eis, ut supra subscriptum & in fidem &c. hac die 20. Maij 1653.

Ego Carolus Formichinus Firmans scripsi & subscripsi.

In nomine Domini Amen Praesenti publico Instrumeto cunctis ubique patet evidenter, & sit notum, quod anno à Nativitate eiusdem D. Nostri IESV Christi 1653. Indictione 6 die vero 18. mensis Maij, Pontificatus auctem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N.

D. N. D. Innocētij Diuina providentia
 Papæ Decimi, anno eius nono, supra-
 dictus Per Illustrissim. & Excellentiss.
 D. Theodorus advocatus Amayd. n
 fil. q. Gerardi Buscodon in Brabantia
 mihi &c. cognitus medio iuramento
 factis &c. recognovit, & recognoscit
 supradictam eius manum, litteras, ca-
 racter, & subscriptionem, similique
 iuramento attestatone vera fuisse, &
 esse, ac puritate attestasse, & affirmasse
 non solum &c. sed & omni &c. super
 quibus &c. Actum Romæ domi solite
 habitationis dicti Advocati sit. in Re-
 gione Parionis, presentibus ibidem
 &c. R. D. Thoma Grillo fil. q. Fabij
 Dominici Tropreix, & D. Bonaven-
 tura Bovo fil. q. Fabij Babij Balneore-
 gien. Testibus ad promissa vocatis
 habitis, atque rogatis. Item qualiter
 eisdem anno, Indictione, Pontificatu,
 quibus supra, die vero vigesima eius-
 dem mensis Maij, supradictus Per Ill.
 & Adm. R. D. Advocatus Prosper
 Bottinus fil. q. alterius Prosperi Lu-
 cen mihi &c. cognitus sponte &c. me-
 dio iuramento tacto pectore more
 &c. ac alias omni meliori modo &c.
 recognovit, & recognoscit supradic-
 tam ipsius subscriptionem, manum, li-
 tteram, & caracter, ac simili iuramen-
 to tacto pectore more &c. dixit, & affir-
 mavit omnia contenta, & expressa in
 supradicta eius attestatone, vera fuisse,
 & esse, & pro veritate illa attestasse,
 ac firmasse non solum &c. sed &
 omni &c. super quibus &c. Actum
 Romæ domi solite habitationis dicti
 Advocati Bottini sit. in Regione
 Campi Martij, presentibus ibidem
 &c. Per Illustriss. D. Fantinello de
 Fantinellis filij D. Philippi Lucae, &
 Excellentē D. Sanctæ Montefio fil. q.
 Matthei de Lautniano Dioc. Arimin-
 nen. Testibus ad promissa vocatis,
 habitis specialiter, atque rogatis &c.
 Item qualiter eisdem anno, Indictione,
 Pontificatu, & die quibus supra, su-
 pradictus D. Carolus Formichinus fil.
 D. Francisci Firmannus mihi &c. cog-
 nitus sponte &c. medio iuramento
 tactis &c. ac alias omni meliori mo-
 do &c. cognovit, & recognoscit, &c.

supradictam ipsius subscriptionem,
 manum, litteras, caracteres, ac simili
 iuramento declaravit, & affirmavit
 omnia contenta in supradicta eius
 attestatone vera fuisse, & esse, &
 pro veritate ab ipso attestata, & affir-
 mata non solum, &c. sed omni, &c.
 super quibus omnibus, & singulis
 premisis petiti fuit à me Archivi
 Romanæ Curie Scriptore, & No-
 tario publico infra scripto, ut præ-
 sens publicum recognitionis manum
 Instrumentum faceret, atq. cōficerem,
 &c. Actum Romæ in Palatio solite
 residentie supradicti Illustrissimij, &
 Reverendissimij D. Paulutij S. Cong-
 regationis Cōcilij Secretarij præ-
 sentibus ibidem audien. & intelli-
 gen. D. Marino fil. q. Cæsaris de
 Cæsaris de Monte Ferrino Firmæ
 Diocesis, & R. D. Io. Carolo
 Pica fil. q. Rugerij de Ripa tran-
 sōna Testibus ad promissa vocatis,
 habitis specialiter, atque rogatis.

*Ego Maximus Rigba Archivij Ro-
 manæ Curie scriptor presens
 Instrumentum subscripsi, signavi,
 & publicè direquistus.*

Loco ✱ Signi.

Collegium Scriptorum Archivij
 Romanæ Curie Universis, &c. "
 fidem facimus, & attestamur "
 supradictum D. Maximum Rig- "
 ham esse publicum, authenti- "
 cum, legalem, ac fide dignum "
 Notarium, nostrumque Colle- "
 gam, suisque scripturis, tam pu- "
 blicis, quam similibus, semper "
 in iudicio, & extra adhiberam "
 fuisse, & de presenti adhiberi fi- "
 dem, in quorum, &c. Datum "
 Romæ, in Palatio Apostolico, "
 & Cancellarie dicti Archivij, "
 Anno Domini 1633, Indictione "
 sexta die vero 20. mensis Maij. "

Loco ✱ Sigilli.

*Hieronymus Paluzeschius Archivij,
 Romanæ Curie Collega.*



Reso-

Resolutiones contentæ in facto concordato
 ex commissione Sacræ Congrega-
 tionis die 17. Decembris.

1652.

- 1 Patres Societatis Provinciae Mexicanæ ante prohibitionem habebant licentiam ad concionandum, & audiendas confessiones secularium à Domino Episcopo, & illius antecessoribus concessas. In facto num. 43. & 4.
- 2 Patres omnes trium Collegiorum Civitatis Angelopolitanae post intimationem prohibitionis factæ de mandato Domini Episcopi cessarunt a confessionibus audiendis, & Verbi Dei prædicatione. In facto num. 12.
- 3 Patres Petrus de Valentia, & Ludovicus de Legaspi petiverunt à Domino Episcopo benedictionem ad prædicandum in propria Ecclesia. In facto num. 4.
- 4 Pater Legaspi non prædicavit post intimationem prohibitionis D. Episcopi, sed ante illam. In facto num. 5.
- 5 Post discessum Domini Episcopi à Civitate Angelopolitana, & recessum Vicarij Generalis, & post spontaneam renunciationem officij quam fecit Governator Episcopatus Governante Capitulo, & concedente licentia alijs Regularibus Sacerdotibus, se præsentarunt Patres Societatis, & habita licentia à Capitulo prædicarunt, & confessiones audierunt. In facto num. 9. 29. & 43.
- 6 Post reditum Domini Episcopi ad suam Ecclesiam Patres Societatis se se illi præsentarunt, & de illius licentia prædicarunt, & confessiones audierunt. In facto num. 47.
- 7 Patres omnes, etiam approbati ab ipso D. Episcopo suspensi fuerunt num. 1. 6. 7. & 8.
- 8 Post primam citationem comparuerunt Patres coram Domino Episcopo, & Vicario illius intra terminum præfixum. In facto numer. 2. & 4.
- 9 Solum ex attestatone simplicis Provisoris, & non ex processibus dicitur, & asseritur Patres voluisse prædicare, & confessiones audire sine licentia Episcopi, & in vim Privilegiorum, & quod talia Privilegia noluerint exhibere. In facto num. 2.
- 10 Patres elegerunt Conservatores propter iniurias sibi illatas, & non apparet electionem Conservatorum fuisse factam, eo quod prohibiti fuerint audire confessiones, & prædicare. In facto num. 13. & 14.
- 11 Postquam intimatum fuit Patribus Breve Sanctissimij statim obedierunt, quia præsentarunt licentias quas habebant à Domino Episcopo, & Antecessoribus, & alias aliorum, Episcopus vero approbando licentias à se, & à Prædecessoribus concessas, concessit etiam licentiam aliquibus alijs Patribus. In facto num. 47.
- 12 Omnes quinque processibus fabricati à Domino Episcopo contra Patres, & remissi in Curiam, sunt nulli, & defectu citationis. In facto num. 50.
- 13 Ex omnibus processibus non fuerunt probata crimina imposita Patribus; nec apparet aliquem eorum incidisse in Excommunicationem, nec iustificata fuerunt Censuræ præsentis à Domino Episcopo. In facto à numer. 1. usque ad 51.

Quatuor Conclusiones inferuntur ex facto concordato, & præinserto.

- 1 PATRES Societatis nunquam prætentasse audire confessiones, & prædicare absque licentia Domini Episcopi in Diocesi Angelopolitana.

- gopolitana, vel sine licentia Antecessoris, & in vim Privilegiorum.
- II. Nunquam predicasse, aut confessiones audivisse absque licentia Ordinarij, aut ipso repugnante, si ve, contradicente, aut in vim Privilegiorum.
- III. Patres non elegisse Conservatores pro tuendis Privilegijs predicandi, & confessiones audiendi

Monitorium, & Decretum ultimum S. Congreg. ad favorem PP. Societatis in 4. & ultima Sess. expeditum.

PROSPER Caffarellus, Protonotarius Apostolicus, utriusque Signaturæ S. D. N. Papæ Referendarius, necnon Curiaë Casuarum Camera Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiaë Iudex Ordinarius, sententiarum quoque, ac censurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, ac Litterarum Apostolicarum, quarum cumque universalis, & merus executor ab eodem S. D. N. Papa specialiter electus, & depuratus. Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scolasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Parrochialiumque Ecclesiarum, sive Rectoribus, eorumque Plebanis, Viceplebanis, Clericis, Curatis, Notarijs, Tabellionibus, & Officialibus quibuscumque, ad quod præsentem Nostræ præsentabantur salutem in Domino, &c. Commissis per Sanctiss. in Christo Patrem, & D. N. D. Innocentium, Divina Providentia Papam Decimum, Sacrae, Particularique Congregationi, controversijs, & causis inter Illustrissimum, & Reverendissimum D. Episcopum Angelopolitanum, ex una: ac RR. Patres Vener. Societatis Iesu, ex altera partibus vententibus, & excitatis, & per ipsam Sacrae Congregationem processibus, & actibus in istis partibus fabricatis, & factis ad Romanam Curiam transmissis mature, & accurate discussis, & examinatis ab eadem Congregatione emanavit infra inferendum Decretum, sive Epistolam adamsim observand. quod nobis pro parte

absque licentia Ordinarij, vel quia D. Episcopus id Patribus prohibuit, aut quia petivit licentiarum presentationem, sed propter iniurias, & gravamina imposita contra Iuris dispositionem.

IV. Patres non fuisse Reos criminum illis impositorum, nec Censuris gravatos, ut D. Episcopus prætendebat.

admodum R. P. Procuratoris Generalistorius Vener. Societatis Iesu, omni meliori modo, &c. Principalis exhibitum fuit hic registrandum huiusmodi sub tenore videlicet. Intus per Illustriss. & Reverendissim. Domine uti Frater. Cum particularis hæc Congregatio (cui Sanctissim. Dominus Noster controversias inter amplitudinem tuam, & Patres Societatis Iesu decidendas commisit) confectos desuper Processus, & acta à te transmissa accuratè, & mature examinaverit, hisce per me significatum tibi voluit, ut quo ad Censuras, quas aliquis eorumdem Religiosorum incurere forsitan potuisset Superioribus in istis Collegijs commorantibus facultatem impertiaris, oreremus tamen privatim, ac remotis arbitris illorum quemcumque, qui senserit sese innodatum à Censuris, ad huiusmodi causam, quovis pacto facientibus, absolvendi, ita tamen, ut conservandæ magis Christianæ Charitati præsens mandatum, nec publici Iuris facias, nec cuiquam patere permittas communicata tibi necessaria, ac opportuna quatenus opus fuerit in hanc finem facultate. Ceterum sicut eadem Congregatio dictos Societatis Iesu Patres serio admonitos cupit, ut omni obsequio, & observantia certare studeant in amplitudinis tuæ merita, ac Dignitatem, sine quibus pro instituti proprii ratione animarum salutis, quarum cura tua est incumbere minime possunt: ita pariter te etiam, atque etiam hortatur, ut ea qua decet in tam laudabilem, proficuumque ordinem existi-

existimatione, Religiosam hæc familiam in Vineâ Dñi summo cum fructu, ac labore defudantè, paterna charitate amplectaris, ac foveas, quo scilicet mutuo animorum cõcessu, & maior Dei gloria, & orthodoxa fides internovellas istic plantas uberius propagetur simul his amplitudini tuæ omnè ex animo facilitatem precor. Datum Romæ decima sexta Kal. Januarij 1653. Amplitudinis tuæ studiosus uti frater. B. Cardinalis Spada, M. Albericus Secretarius, Foris vero Per Illustris, & Reverendissimo Domino uti Fratri Episcopo Angelopolitano, Angelopolim.

Loco ✱ sigilli.

Post cuius decreti exhibitionem, & presentationem fuimus pro parte d. admodum R. P. Procuratoris Generalis instantes, ac debitè requisiti, quatenus ei pro observatione subinserti decreti speciale monitorium ad Patres transmittendum concedere dignaremur. Vnde Nos Prosper Caffarellus, & merus executor, & eiusdem Sanctissimi Auditor prædictus, attendentes requisitionem huiusmodi iustam, rationique consentaneam fore quodque iusta petentibus non est denegandus assensus, & apprimè cupientes, quod præinsertum Decretum suum debitum, ac iuxta præscriptas formas petitum ad unguem, & in omnibus, & per omnia sortiatur finem, & effectum præfatum Decretum supranominato Illustrissimo, & Reverendissimo D. Episcopo Angelopolitano, illiusque Vicario, sive Vicegerenti, omnibusque alijs Ministris, & Officialibus Curiaë Archiepiscopalis Angelopolitanæ ac quibuscumque alijs personis, cuiuscumque sint status, gradus, & conditionis, & quacunque præfulgeant dignitate in executione præsentium nominan. & cognominan. intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad illorum notitiam deducimus deducique volumus, & mandamus

per præsentem, ne de præmissis ignorantiam aliquam præsumere, aut alias quomodolibet allegare valeant, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, & sic cessivè vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuiuslibet insolidum committimus, & in virtute S. Obedientiaë strictè, & expressè præcipiendo mandamus, quatenus statim visis seu receptis præsentibus, & postquam pro parte supradicti Admodum R. P. Procuratoris Generalis, & aliorum Patrum dicti Ven. Collegij Societatis Iesu fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra, immò verius Apostolica autoritate supra dictum Illustrissimum, ac Reverendissimum D. Episcopum Angelopolitanum in Domino hortemini, & illius Vicarium, seu Vicegerentem, omnesque alios Curiaë Episcopalis Angelopolitanæ Ministros, & Officiales, ac alios in executione præsentium nominan. & cognominan. monentis, & requisiti, pro ut nos harum serie dictum D. Episcopum hortamur, dictosque verò alios prædictos sub infra scriptis censuris & poenis monemus, & requirimus, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac monitione canonica assig-namus, & vos assignetis eisdem sub sententijs, censuris, & poenis arbitrio nostro infligendis, & applicandis, debeat, & quilibet vestrum, ad quem spectat, debeat præinserto decreto, & in eo contentis quibuscumque, modo, & forma prout in eo mandatur, & præcipitur adamsim, & ad unguem paruisse, obedivisse, & obtemperasse illudque debita executioni demandasse, demandarique fecisse, quodque alij pareant, & obediant, & exponens, ceterique Patres dictæ Ven. Societatis Iesu beneficijs, gratijs, favoribus, privilegijs, & indulto à Sanctissimo reportatis modis, formis, ac cum conditionibus, qualitatibus, & ininconditionibus, ac quibus in dicto Decreto utantur, possint, & gaudeant, illorumque absolutiorem si oportuerit iuxta præcisam, & præscriptam in eo formatam consequantur, & contra d. decreti re-norem

norem non molestantur, per sese, vel alium, seu alios curasse, & mandasse, & protali effectu partitionis huiusmodi debeant ab omnibus, & quibuscunque iactationibus perturbacionibus, molestacionibus, & impedimentis exponentibus quoquo modo, & ex quovis prættextu &c. etiam ex causis, de quibus in supra citatis processibus, & actis illatis, factis, & præstitis inferrique &c. comminatis, ac ab inferendis in futurum cessasse, destitisse penitus, & abstinuisse, cessarique desisti, & abstinere fecisse, nullumque damnum, sive molestiam, quamvis minimam eis ex causis de quibus in d. processibus dedisse, nec intulisse, nec dari, nec inferri permisisse & curasse, & sic præinfecto decreto, imò litteris Apostolicis in omnibus, & per omnia paruisse, & pro præmissis, & illorum occasione quamcunque sententiam, sive quascunque sententias, & in vim illius, seu illarum mandata de parendo, & exequutionum, & alia quæcunque desuper necessaria, & opportuna &c. seu ordinem, & ordines de parendo præfato Decreto in favorem præfatorum RR. PP. ferri, promulgari, & respectivè decerni, & relaxari, aliisque fieri, &c. vidisse, & audivisse, expensas, damna, & interesse passa, & patienda per nos quatenus opus sit liquidan, exponentibus rescisse, præsentibusq; nostris monitorialibus, imò verius Apostolicis Litteris in omnibus, & per omnia paruisse, omne ius, &c. omni meliori modo, &c. deducendo, &c. nobile Officium Iudicis, & beneficium iuris implorando, & invocando, alioquin prænominati ita moniti si in præmissis sese fore gravatos senserint, modo,

Declaratur præfatum Decretum, sive Epistolam esse ad favorem PP. Societatis.

Procurator D. Episcopi prætendebat, ut apparet ex facto supra registrato Confessarios, & Prædicatores trium Collegiorum Societatis Civitatis Angelopolitanae fuisse ligatos excommunicatione, quia absque D. Episcopi licentia, & ipso contradicente prædicarunt, & con-

forma prædictis peremptoriè citatis, prout nos haum ferie citamus eosdè quatenus infra quinque menses ab executione, præsentium computan, compareant Romæ iudicialiter coram nobis, vel infra scripto R. P. D. Nostro, in Civilibus Causis Locumtenente per sese, vel eorum Procuratores suos idoneos, causam eorum gravaminis allegaturi, aliisque dicturi, facturi, & ostensuri, iustitiamque, prout ordo dictaverit rationis assecuturi, certificantes eosdem nihilominus sic monitos, & citatos, quod sive in d. citationis termino, ut præmissum est comparuerint, sive non. Nos nihilominus ad huiusmodi causæ expeditionem, & decisionem, necnon ad omnes, & singulos terminos substantiales, usque ad sententiam definitivam inclusivè etiam lite non contestata procedemus, sive infra scriptus R. P. D. Locumtenens noster infra scriptus procedet iustitia mediantè. Absolutionem verò omnium, & singulorum præmissorum, Nobis, vel Superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum fidem, &c. Datum Romæ ex aedibus nostris, Anno Domini 1653. Indictione 6. die verò 17. mensis Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Innocentij, Divina Providentia Papæ Decimi, Anno eius nono.

M. Melchiorius, Locumtenens.

Cesar Columna, Cur. Caus. Cam. Apostolicæ Notarius.

Duplicatum Monitorium super observatione Decreti sacre, Particularisque Congregationis, &c.

seksiones secularium audierunt, ut supponebatur ex adverso ante facti concordari subscriptionem; Et de facto D. Episcopus in quodam Edicto generali, in processibus, & in varijs libris impressis illos tanquam excommunicatos publicavit.

Præterea idem Procurator D. Episcopi

copi conatus est totis viribus demonstrare fuisse iustificatas censuras impositas PP. Provinciali, Magistris Grammaticæ, & Ildephonso Muñoz, ac Hieronymo de Lobera. Vt in facto supra num. 14, 15, 16, 17, 18, 19, & 20.

Tertio, Constat ex eodem facto num. 21. præfatis eundem Procuratorem D. Episcopi incidisse in excommunicationem P. P. Franciscum Calderon, & Ioannem de San Miguel, ob varia crimina illis imposita.

Quarto, Idem Procurator coram Illustrissimo, ac Reverendissimo D. Pauluccio, allegavit omnes proces-

sus factos à D. Episcopo, ut apparet ex facto.

Et tandem Sacra Congregatio in ultima Sessione visis, & examinatis processibus, & facto concordato dedit Decretum, sive Epistolam præinfectam supra; in qua nullum ex PP. declarat excommunicatum. Ergo ultimam Decretum Sacre Congregationis fuit, & est ad favorem PP.

Et ex illo duo inferuntur. Primum PP. repositos innocentes à S. Congregatione, & quoad confessiones, & quoad prædicationem, secundum censuras non fuisse iustificatas à D. Episcopo.

Aliqua notantur.

Quatuor Congregationes habitæ fuerunt in Palatio Eminenti D. Cardinalis Spada super differentijs vertentibus inter Illustriss. ac Reverendiss. D. D. Ioannem de Palafox Episcopum Angelopolitanum, & P. P. Societatis Iesu solius Diocesis Angelopolitanae.

In præfatis sessionibus aliqua dubia fuerunt proposita coram Eminentiſſimis, ac Reverendissimis DD. Cardinalibus Spada, Sacchetto, Ginetto, Carpineo, & Franciotto, necnon coram Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Prælatibus, Fagnano, Maraldo, Pauluccio, Farnesio, & Albricio à Sanctissimo D. N. pro dubiorum examine specialiter deputatis.

Tres Sessiones habitæ fuerunt partibus informantibus, & nondum concordato facto, Agente D. Episcopi, illisque D. Advocato concordantiam facti, pro qua enixè Procurator Mexicanæ Provinciæ Societatis Iesu desudavit, renuentibus.

Sed tandem ad quartam Congregationem devenit est facto iam concordato ex commissione S. Congregationis coram Illustrissimo, ac Reverendissimo D. P. Pauluccio, quinque contradictorijs habitis à Partibus, adstantibus sum illarum DD. Advocatis, in quibus contradictorijs, visis, & examinari fuerunt quinque processus D. Episcopi, necnon processus à Consecratoribus facti, icatus examinatus,

ac revisus fuit. Et in hac quarta Sessione S. Congr. matu è perpenso facto concordato utrimam manum imposuit causa Angelopolitanae Decreto supra posito.

Post hæc Agens D. Episcopi à S. D. N. petivit confirmationem Decreti expediti à S. Congre. in tertia Sessione simul cum insertione Brevis antiqui obtenti die 14. Maij 1648. & cum repetitione Decretis S. Congreg. die 4. Februarij 1652. Et præfata confirmationem obtinuit, die 26. Maij 1653.

Tria tamen veniunt notanda: primum controversiam non fuisse inter Episcopum, & omnes PP. Societatis Provinciæ Mexicanæ, sed tantam orta fuit in Angelopolitana Diocesi, & solum cum illis Partibus, qui in ea commorabantur. Secundum: Resolutiones præfatas fuisse obtentas in quatuor Congregationibus. Tertium: Resolutionem habitam, & obtentam in quarta Congregatione esse pro P. P. Provinciæ Mexicanæ, ut ex ipsius tenore constabit. Quartum: Breve S. D. N. favore in multis Provinciæ Mexicanæ.

Vt ergo veritas innotescat Dupplicatam eiusdem Brevis etiam antebis obtenti, una cum Monitorio pro illius observatione, & cum Decretis omnibus S. Congreg. ac facto concordato, & subscripto à parte adversa in eadem Typographia Camerali impressam. Danus die 5. Nov. 1653. Superiorum permissu.

DE mandato Illustrissim & Reverendissim. D. A. C. sive R. P. D. Melchiorij, eius in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam RR. PP. Clericorum Regularium Soc. Iust. omni meliori modo, &c. principalium asserentium, quod excitationis inter Illustrissim. & Reverendissim. D. Vener. Fratrem Ioannem Episcopum Angelopolitanum in Indijs Occidentalibus, & dd. RR. PP. nonnullis etiam extrajudicialibus differentijs, & controversijs, de, & super munere prædicandi Verbum Dei, ac super confessionibus Laicorum audiendis, &c. rebusque alijs, de quibus in processu causæ, & causarum huiusmodi in partibus fabricato, & qui ad Verbum dicitur transmissus, & pro similibus differentijs sopiendis, & terminandis adito Sanctis in Christo Patre, & D. N. D. Innocentio divina providentia PP. X. & per S. Sanctitatem eis remisit ad particularem nonnullorum S. R. E. Eminentissimorum, & Reverendissim. DD. Cardinalium, ac Illustrissimorum, & Reverendissim. DD. Prælatorum nota dignorum Congreg. Talis Congregatio visis videndis, & consideratis considerandis decretum quoddam interposuit in inferius inferendis litteris Apostolicis relatum, & enarratum, & eo in forma Epistolæ coram nobis, & in actis infra scripti nostri Notarij, & sub die 17. præteriti presentato, & respective exhibitio, ac productio, & sub ipsa die præfatis RR. PP. Soc. Iesu requiruntibus, & petentibus à nobis observacionem d. decreti, seu Epistolæ supradictæ D. Melchiorij monitorium pro illius observacione ad partes, scilicet ad ipsas Indias transmittendum concessit, quodque desuper expeditum fuit, ad quod condignam volumus haberi relationem, & quod propositis ultro, in præfata S. Congreg. tam pro parte præfati Illustrissim. & Reverendissim. D. Episcopi, quam pro parte eorundem RR. PP. Soc. Iesu, nonnullis dubijs, de quibus pariter in infra registrandis Litteris, eadem Congreg. singula-

riter singulis respondit, illaque resolvit, prout in eisdem Litteris, & ultimo loco habito pro parte præfati D. Episcopi ad eundem Sanctis, recursu pro similibus Decretorum confirmatione emanarunt Litteræ Apostolicæ in forma Brevis, sub Anno Piscatoris desuper expeditæ, & per Illustrissim. & Reverendissim. D. Gualterium Gualterium similibus Litterarum Apost. in forma Brevis, ut apparet subscripæ, quarum Dupplicatum per dd. PP. peritum fuit adm. R. P. Pyrrhus Gherardus, Procurator Generalis totius Soc. Iesu, præ manibus habens nihil, &c. consignavit, & sunt præsertæ, quæ continentur per Illustr. D. Licentio Ioanni Magano, Agenti Illustrissim. & Reverendissim. D. Ioannis de Palafox, Episcopi Angelopolitani, & alijs in executione presentium nominan. & cognominan. ne de prædictis ignorantiam aliquam præsumere, aut alias quomodolibet allegare valeant, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, prout D. intimari mandavit. Unde cum D. pro parte supradictorum RR. PP. inherentium nedum supradictato Decreto in forma Epistolæ emanato, & supradictis Illustrissim. D. Episcopo per quam supra S. Gregor. particularem respective directæ. Verum etiam monitorio supra relato pro illis executione coeesso, & expedito, & extra illorum præiudicijs, sed illis in suis robore, & firmitate semper remanentibus quatenus eis pro observacione decretorum d. S. Congreg. desuper interpositorum, & per S. Sedem præsertis litteris in forma Brevis confirmatorum scilicet illorum decretorum solventium, Dubia pro parte præfatorum RR. PP. Soc. Iesu proposita, & sub ipsis litteris comprehensorum, & respective comprehensa incipien. Primo, An Episcopi in partibus Indiarum, & fieri respondit postea manifestis innarijs, & molestijs, ac violentijs eos compescere iram censuris, & penis Ecclesiasticis &c. speciale monitorium, sive dupplicatum illius

con.

concedere dignemur. Quapropter tenore presentium.

Moneantur prædicti DD. Ioannes Maganus nomine prædicto, & alijs nominan. & cognominan. quatenus infra triduum ab hodie proxima venturum sub 500. ducatorum auri in auro Rev. Cam. Apostol. applican. & pro illis mandati executioni, interditi Ecclesiastici, suspensionis a divinis, ac in iuris subsidium quatenus opus sit, excommunicationis, alijsq. penis debeant, & quilibet eorum d. beat præsertis litteris Apost. continentibus resolutionem factam per supradictam Congreg. dubiorum pro parte Præfatorum RR. PP. propositorum scilicet ipsi resolutioni prout facer, & in unoquoque dubio pro parte præfatorum Patrum desuper proposito resolvitur, ac etiam omnibus alijs dubijs resolutis favore, & ad beneficium dd. Patrum, & de quibus in ipso Brevis paruisse, obediuisse, & obtemperasse, illumq. & illa debita executioni demandasse, demandariq. fecisse, quodq. alij pareant, & obediant, & exponentes beneficijs, gratis, favoribus, prærogativis, & privilegijs eisdem PP. per supradictas litteras concessis, & elargitis possantur, & gaudeant, & contra illorum formam non molestentur quovis prætextu, causa, ingenio, vel quæsito colore curasse permisisse, & mandasse, & sic ab omnibus, & quibus unq. citationibus, perturbationibus, molestationibus, & impedimentis exponentibus contra formam præsertarum litterarum quoquo modo illatis, factis, & præstitis inferriq. cominatis, ac ab inferendis in futurum cessasse, detestasse penitus, & abstinuisse, cessariq. desisti, & abstineri fecisse, nullumq. damnatum, sive molestiam quamvis minimam eis dedisse, nec intulisse, dictamq. resolutionem,

320
nem, & sic litteræ Apost. tam coniunctam, quam divisam, & in solidum, & alias omni meliori modo, &c. esse exequendas, & debite executioni demandandas per Nos declarari, & quamcunque sententiam, sive quascunque sententias, & in vim illius, sive mandata de parendo executioni, sive executiva, & alia quæcunque de se per necessaria, & opportuna in favorem præfatorum RR. PP. Soc. Iesu ferri, & promulgari, & respective executioni, & relationi, aliq. fieri dici, & exerceri, & exponentibus, qui omnem actionem sibi quomodolibet competentem deducant, & iustitiam non solum præmissis, sed, & omni alio meliori modo &c. ministrari vidisse, & audivisse expensas, damna, & interesse passis, & patientibus per D. quatenus opus sit liquidand. exponentibus refecisse, & præsertis litteris Apost. ac presentibus nostris monitorialibus immoveris Apostolicis litteris in omnibus, & per omnia partisse omnino, omni meliori modo &c. deducto, &c. Nos officium iudicis, & beneficium iudicis, & beneficium iuris imploran. & insuper modo, & forma prædictis. Inhibeatur omnibus, & singulis præfatis monitis, ne statim visis presentibus sub prædictis penis audeant aliquid in partibus, nec alibi contra formam prædictarum litterarum quoquo modo attentare, seu innovare &c. & nihilominus si quis compareat &c. alioquin &c. In quorum &c. Datum &c. Præsertæ litteræ Apostolicæ à suo originali revisæ concordant. Ioachius Valtrinus officialis deputatus.

Hieronymus Datarius.

Casar Columna Not.

Loco t. sigillorum.

Intimatio facta in Curia Procuratori D. Episcopi.

Die 4. mensis Novembris 1653. Supradictæ litteræ Apostol. cum insertione Monitorij fuerunt per sonaliter intimatæ D. Ioanni Magano a curia

per manus per me Ioannem Baptistam Garavinum Apostolicum Curialem.

Aqui